This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

KD 23515

P. TERENTI AFRI

PHORMIO

Text, with Stage Directions

BY

FRANK W. NICOLSON, A.M.
INSTRUCTOR IN LATIN IN HARVARD UNIVERSITY

PREPARED FOR USE IN SIGHT READING

BOSTON, U.S.A.
PUBLISHED BY GINN & COMPANY
1891

Digitized by Google

KD 23515

Digitized by Google

Katherine Coleman
14 Highland St.

P. TERENTI AFRI

PHORMIO

Radcliffe College
10 Garden St.

Text, with Stage Directions

BY

FRANK W. NICOLSON, A.M.
INSTRUCTOR IN LATIN IN HARVARD UNIVERSITY

Cambridge

PREPARED FOR USE IN SIGHT READING

BOSTON, U.S.A.
PUBLISHED BY GINN & COMPANY
1891

Digitized by Google

KD23515

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

COPYRIGHT, 1890,
BY FRANK W. NICOLSON.

ALL RIGHTS RESERVED.

TYPOGRAPHY BY J. S. CUSHING & CO., BOSTON, U.S.A.

PRESSWORK BY GINN & CO., BOSTON, U.S.A.

Digitized by Google

PREFACE.

THIS edition of the PHORMIO, while prepared especially to meet the needs of the Freshman Latin Classes in HARVARD COLLEGE, will, it is hoped, be found useful in other institutions where attention is given to sight-reading.

With the exception of a few minor changes in punctuation, the text of CARL DZIATZKO (Leipzig, 1884) has been followed without deviation.

My thanks are due to PROF. J. B. GREENOUGH for valuable suggestions, and to PROF. J. C. ROLFE, of the UNIVERSITY OF MICHIGAN, for assistance in proof-reading.

FRANK W. NICOLSON.

CAMBRIDGE, MASS., October, 1890.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. TERENTI AFRI

PHORMIO.

INCIPIT TERENTI PHORMIO
ACTA LVDIS ROMANIS
L·POSTVMIO ALBINO L·CORNELIO MERVLA
AEDILIB· CVRVLIB·
EG*IT* L·AMBIVIVS TVRPIO [L·HATILIVS PRAENESTINVS] 5
MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI
TIBĪS INPARIB· TOTA
GRAECA APOLLODORV EPIDICAZOMENOS
FACTA IIII·
C·FANNIO M·VALERIO COS· 10

Digitized by Google

G. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Chremétis frater áberat peregre Démipho
Relícto Athenis Ántiphone fílio.
Chremés clam habebat Lémni uxorem et fíliam,
Athénis aliam cóniugem et amantem únice
5 Gnatúm fidicinam. máter e Lemno áduenit
Athénas; moritur; uírgo sola (aberát Chremes)
Funús procurat. íbi eam cum uisam Ántipho
Amáret, opera párasiti uxorem áccipit.
Pater ét Chremes reuérsi fremere. deín minas
10 Trigínta dant parasíto, ut illam cóniugem
Habéret ipse: argénto hoc emitur fídicina.
Vxórem retinet Ántipho a patruo ádgnitam.

PERSONAE.

PROLOGVS.
DAVOS (SERVOS).
GETA (SERVOS to Demipho).
ANTIPHO (ADVLESCENS, son of Demipho).
PHAEDRIA (ADVLESCENS, son of Chremes).
DEMIPHO (SENEX).
PHORMIO (PARASITVS).
HEGIO, CRATINVS, CRITO (ADVOCATI).
DORIO (LENO).
CHREMES (SENEX, brother of Demipho).
SOPHRONA (NVTRIX).
NAVSISTRATA (MATRONA, wife of Chremes).
CANTOR.

NOTE. The Prologus and Cantor do not appear in the play proper. Davus is a *πρόσωπον προτατικόν*, appearing only in the first and second scenes, and serving merely to introduce the play.

Digitized by Google

PROLOGVS.

Postquám poëta uétus poëtam nón potest
Retráhere a studio et tránsdere hominem in ótium,
Maledíctis deterrére ne scribát parat;
Qui ita díctitat, quas ántehac fecit fábulas,
5 Tenui ésse oratióne et scripturá leui: 5
Quia núsquam insanum scrípsit adulescéntulum
Ceruám uidere fúgere et sectarí canes
Et eám plorare, oráre ut subueniát sibi.
Quod si íntellegeret, quóm stetit olím noua,
10 Actóris opera mágis stetisse quám sua, 10
Minus múlto audacter, quám nunc laedit, laéderet.
Nunc sí quis est, qui hoc dícat aut sic cógitet:
'Vetus sí poëta nón lacessissét prior,
Nullum ínuenire prólogum possét nouos':
15 [Quem diceret, nisi haberet cui male diceret:] 15
Is síbi responsum hoc hábeat, in medio ómnibus
Palmam ésse positam, qui ártem tractant músicam.
Ille ád famem hunc a stúdio studuit réicere:
Hic réspondere uóluit, non lacéssere.
20 Benedíctis si certásset, audissét bene: 20
Quod ab íllo adlatumst, [id] síbi esse rellatúm putet.
De illó iam finem fáciam dicundí mihi,
Peccándi quom ipse dé se finem nón facit.
Nunc quíd uelim animum atténdite: adportó nouam
25 Epídicazomenon quám uocant comoédiam 25
Graecí, Latini Phórmionem nóminant,
Quia prímas partis quí aget, is erit Phórmio
Parasítus, per quem rés geretur máxume,

Digitized by Google

Volúntas uostra si ád poëtam accésserit.
30 Date óperam, adeste aequo ánimo per siléntium, 30
Ne símili utamur fórtuna, atque usí sumus
Quom pér tumultum nóster grex motús locost:
Quem actóris uirtus nóbis restituít locum
Bonitásque uostra adiútans atque aequánimitas

Digitized by Google

P. TERENTI AFRI

PHORMIO.

INTRODUCTION.

Two old Athenian citizens, DEMÍPHO and CHREMES, brothers, have left Athens, the former to go to Cilicia, the latter to Lemnos. On departing they placed their sons, named respectively ANTIPHO and PHAEDRIA, in charge of DEMIPHO'S slave GETA. The ostensible object of CHREMES'S journey to Lemnos was to collect the rents of some estates owned there by his rich wife NAUSISTRATA; his real purpose to bring back with him to Athens a young girl, PHANIUM, his daughter by a second wife whom he has secretly married, under the name of STILPO, in one of his previous visits to that island. It has been previously arranged between the two old men that the girl on her arrival shall be married to ANTIPHO, and they hope to carry out this plan in such a way that no suspicion shall arise in Athens as to her parentage. Here begins the action of the play, while the fathers are still absent.

[STAGE SETTING: *Street in Athens, leading* R. *to Forum* (*market-place, Agora*), L. *to Harbor. Back of stage represents three houses, that of* CHREMES, L., DEMIPHO'S *in the middle adjoining the former; from these the house of* DORIO, R., *is separated by an alley* (*angiportus, v. 891*). *In the middle of the stage an altar.*]

ACT I.

SCENE I.

DAVUS, a slave, comes to pay a debt to his friend GETA. He conjectures that the money is needed in consequence of the recent marriage of GETA'S young master, ANTIPHO.

[*Enter* DAVUS *from Forum,* R., *carrying a bag of money.*]

DAVOS

SERVOS

I 1 (*Soliloquizes.*) Amícus summus méus et popularís Geta 35
Heri ád me uenit. érat ei de ratiúncula
Iam prídem apud me rélicuom pauxíllulum

Digitized by Google

Nummórum: id ut conficerem. confeci: ádfero.
Nam erílem filium éius duxisse aúdio 5
40 Vxórem: ei credo múnus hoc conráditur.
Quam iníque comparátumst, ei qui mínus habent
Vt sémper aliquid áddant ditióribus!
Quod ille únciatim uix de demensó suo
Suóm defrudans génium conpersit miser, 10
45 Id illa úniuorsum abrípiet, haud exístumans
Quantó labore pártum. porro autém Geta
Feriétur alio múnere, ubi era pépererit;
Porro aútem alio, ubi erit púero natalís dies;
Vbi ínitiabunt. ómne hoc mater aúferet: 15
50 Puer caúsa erit mittúndi. (*Sees* GETA *coming out.*) sed
uideón Getam?

SCENE 2.

From GETA's conversation with DAVUS it appears (1) that PHAEDRIA is in love with a music-girl owned by DORIO, but is unable to buy her for want of means; (2) that ANTIPHO, having fallen in love with a beautiful stranger, an orphan, has been enabled to marry her through the machinations of a Parasite, PHORMIO by name, who, taking advantage of a law at Athens which compels the next of kin of a female orphan either to marry her or to give her a dowry, and pretending to be a friend of the girl's family, has by process of law compelled ANTIPHO to wed her. A letter has been received announcing the speedy return of DEMIPHO, to which event GETA looks forward with much apprehension.

[*Enter* GETA *from* DEMIPHO'S *house.*]

GETA DAVOS
SERVI II

I 2 GE. (*as he comes out, to a slave within*) Si quís me quaeret rúfus
. . . DA. (*coming forward*) Praestost, désine.
GE. (*starting*) Oh,
At ego óbuiam conábar tibi, Daue. DA. (*giving the purse to* GETA) Áccipe, em:
Lectúmst; conueniet númerus quantum débui.

Digitized by Google

GE. Amó te, et non necléxisse habeo grátiam.
5 DA. Praesértim ut nunc sunt móres: adeo rés redit: 55
Si quís quid reddit, mágna habendast grátia.
Sed quíd tu es tristis? GE. Égone? nescis quo ín metu,
Quanto ín periclo símus! DA. Quid istuc ést? GE. Scies,
Modo út tacere póssis. DA. Abi sis, ínsciens:
10 Quoius tú fidem in pecúnia perspéxeris, 60
Verére uerba ei crédere? ubi quid míhi lucrist
Te fállere? GE. Ergo auscúlta. DA. Hanc operam tíbi dico.
GE. Senis nóstri, Daue, frátrem maiorém Chremem
Nostín? DA. Quid ni? GE. Quid? éius gnatum Phaédriam?
15 DA. Tam quám te. GE. Euenit sénibus ambobús simul 65
Iterílli in Lemnum ut ésset, nostro in Cíliciam
Ad hóspitem antiquom. ís senem per epístulas
Pelléxit, modo non móntis auri póllicens.
DA. Quoi tánta erat res ét supererat? GE. Désinas:
20 Sic ést ingenium. DA. Oh, régem me esse opórtuit. 70
GE. Abeúntes ambo hic túm senes me fíliis
Relínquont quasi magístrum. DA. O Geta, prouínciam
Cepísti duram. GE. (*with a sigh*) Mi úsus uenit, hóc scio:
Meminí relinqui mé deo irató meo.
25 Coepi áduorsari prímo: quid uerbís opust? 75
Sení fidelis dúm sum, scapulas pérdidi.
DA. Venére in mentem mi ístaec: namque inscítiast,
Aduórsum stimulum cálces. GE. Coepi eis ómnia
Facere, óbsequi quae uéllent. DA. Scisti utí foro.
30 GE. Nostér mali nil quícquam primo; hic (*pointing to* CHREMES'S 80
house) Phaédria
Contínuo quandam náctus est puéllulam
Citharístriam, hanc amáre coepit pérdite.
Ea séruiebat lénoni inpurissumo,
Neque quód daretur quícquam; id curaránt patres.
35 Restábat aliud níl nisi oculos páscere, 85

Digitized by Google

Sectári, in ludum dúcere et reddúcere.
Nos ótiosi operám dabamus Phaédriae.
In quo haéc discebat lúdo, exaduorsum ílico
Tonstrína erat quaedam: híc solebamús fere
90 Plerúmque eam opperíri, dum inde irét domum. 40
Intérea dum sedémus illi, intéruenit
Aduléscens quidam lácrumans. nos mirárier;
Rogámus quid sit. 'númquam aeque' inquit 'ác modo
Paupértas mihi onus uísumst et miserum ét graue.
95 Modo quándam uidi uírginem hic uicíniae 45
Miserám suam matrem lámentari mórtuam.
Ea síta erat exaduórsum, neque illi béniuolus
Neque nótus neque cognátus extra unam ániculam
Quisquam áderat, qui adiutáret funus: míseritumst.
100 Virgo ípsa facie egrégia.' quid uerbís opust? 50
Commórat omnis nós. ibi continuo Ántipho
'Voltísne eamus uísere?' alius 'cénseo:
Eámus: duc nos sódes.' imus, uénimus,
Vidémus. uirgo púlchra, et quo magis díceres,
105 Nil áderat adiuménti ad pulchritúdinem: 55
Capíllus passus, núdus pes, ipsa hórrida,
Lacrumaé, uestitus túrpis: ut, ni uís boni
In ípsa inesset fórma, haec formam extínguerent.
Ille qui íllam amabat fidicinam, tantúm modo
110 'Satis' ínquit 'scitast'; nóster uero . . Da. Iám scio: 60
Amáre coepit. Ge. Scín quam? quo euadát uide.
Postrídie ad anum récta pergit: óbsecrat,
Vt síbi eius faciat cópiam. illa enim sé negat
Neque eum aéquom aït facere: íllam ciuem esse Átticam,
115 Bonám bonis prognátam: si uxorém uelit, 65
Lege íd licere fácere; sin alitér, negat.
Nostér quid ageret néscire: et illam dúcere
Cupiébat et metuébat absentém patrem.

Digitized by Google

DA. Non, sí redisset, eí pater ueniám daret?
70 GE. Ille índotatam uírginem atque ignóbilem 120
Daret íllí? numquam fáceret. DA. Quid fit dénique?
GE. Quid fiat? est parasítus quidam Phórmio,
Homó confidens: (*angrily*) qui íllum di omnes pérduint!
DA. Quid is fécit? GE. Hoc consílium quod dicám dedit:
75 'Lex ést ut orbae, quí sint genere próxumi, 125
Eis núbant, et illos dúcere eadem haec léx iubet.
Ego té cognatum dícam et tibi scribám dicam;
Patérnum amicum me ádsimulabo uírginis:
Ad iúdices ueniémus: qui fuerít pater,
80 Quae máter, qui cognáta tibi sit, ómnia haec 130
Confíngam: quod erit míhi bonum atque cómmodum,
Quom tu hórum nil refélles, uincam scílicet.
Pater áderit: mihi parátae lites: quíd mea?
Illá quidem nostra erít.' DA. Iocularem audáciam!
85 GE. Persuásumst homini: fáctumst: uentumst: uíncimur: 135
Duxít. DA. Quid narras? GE. Hóc quod audis. DA. Ó Geta,
Quid té futurumst? GE. Néscio hercle; unum hóc scio,
Quod fórs feret, ferémus aequo animó. DA. Placet:
Em, istúc uirist officium. GE. In me omnis spés mihist.
90 DA. Laudo. GE. Ád precatorem ádeam credo, quí mihi 140
Sic óret: 'nunc amítte quaeso hunc; céterum
Posthác si quicquam, níl precor.' tantúm modo
Non áddit: 'ubi ego hinc ábiero, uel occídito.'
DA. Quid paédagogus ílle, qui citharístriam?
95 Quid reí gerit? GE. (*with a shrug*) Sic, ténuiter. DA. Non 145
múltum habet
Quod dét fortasse? GE. Ímmo nil nisi spém meram.
DA. Pater éius rediit án non? GE. Non dum. DA. Quíd? senem
Quoad éxpectatis uóstrum? GE. Non certúm scio,
Sed epístulam ab eo adlátam esse audiuí modo

Digitized by Google

150 Et ad pórtitores ésse delatam: hánc petam. 100

DA. Num quíd, Geta, aliud mé uis? GE. Vt bene sít tibi. (*Exit* DAVUS *to Forum*, R.)

(*Calls to slave within*) Puer, heús. (*Pauses.*) nemon hoc pródit? (*Enter boy from* DEMIPHO'S *house.* GETA *hands him the purse.*) Cape, da hoc Dórcio.

(*Exit boy into* DEMIPHO'S *house; also* GETA *to Harbor*, L.)

Digitized by Google

ACT II.

SCENE I.

ANTIPHO and PHAEDRIA compare their situations, each insisting that he is the more unfortunate of the two.

[*Enter* ANTIPHO *and* PHAEDRIA *from* CHREMES'S *house.*]

ANTIPHO PHAEDRIA
ADVLESCENTES II

I 3 AN. (*despondingly*) Ádeon rem redísse, ut qui mi cónsultum optumé uelit esse,
Phaédria, patrem ut éxtimescam, ubi ín mentem eius aduénti ueniat!
Quód ni fuissem incógitans, ita [eum] éxpectarem, ut pár fuit. 155
PH. Quid istúc est? AN. Rogitas, quí tam audacis fácinoris mihi cónsciu's [sis]?
5 Quód utinam ne Phórmioni id suádere in mentem íncidisset
Neú me cupidum eo ínpulisset, quód mihi principiúmst mali!
Nón potitus éssem: fuisset tum íllos mi aegre aliquód dies,
At nón cottidiána cura haec ángeret animum, PH. (*absently*) 160 Aúdio.
AN. Dum expécto quam mox uéniat qui adimat hánc mihi consuetúdinem.
10 PH. Aliís quia defit quód amant aegrest; tíbi quia superést dolet:
Amóre abundas, Ántipho.
Nam túa quidem hercle cérto uita haec éxpetenda optándaque est.
Ita mé di bene ament, út mi liceat tám diu quod amó frui, 165
Iam dépecisci mórte cupio: tú conicito cétera,

Digitized by Google

Quid ego éx hac inopiá nunc capiam, et quíd tu ex istac cópia; 15
Vt ne áddam, quod sine súmptu ingenuam, líberalem náctus es,
Quod habés, ita ut uoluísti, uxorem síne mala famá palam:
170 Beátus, ni unum désit, animus quí modeste istaéc ferat.
Quod sí tibi res sit cum eó lenone quó mihist, tum séntias.
Ita plérique omnes súmus ingenio: nóstri nosmet paénitet. 20

AN. At tú mihi contra núnc uidere fórtunatus, Phaédria.
Quoi de íntegro est potéstas etiam cónsulendi, quíd uelis:
175 Retinére amorem an míttere; ego in eum íncidi infelíx locum,
Vt néque mihi eius sit ámittendi néc retinendi cópia.
(*Sees* GETA *running towards them.*) Sed quíd hoc est? uideon égo Getam curréntem huc aduenírre? 25
(*as* GETA *enters*) Is est ípsus. ei, timeó miser, quam hic míhi nunc nuntiét rem.

SCENE 2.

GETA brings the news of DEMIPHO's approach. ANTIPHO is persuaded by his friends to wait for him and brave the matter out, but at last loses courage and runs away, leaving PHAEDRIA and GETA to face the angry father.

[*Enter* GETA, *running, from Harbor,* L. *Does not notice the presence of the others until* ANTIPHO *calls out to him* (v. 195).]

GETA	ANTIPHO	PHAEDRIA
SERVOS	ADVLESCENTES	II

I 4 GE. (*to himself*) Núllus es, Getá, nisi iam aliquod tíbi consilium célere reperis:
180 Íta nunc inparátum subito tánta te inpendént mala;
Quae néque uti deuitém scio neque quó modo me inde éxtraham;
Nam nón potest celári nostra díutius iam audácia. 4

AN. (*to* PHAEDRIA) Quid íllic commotús uenit? 6

Digitized by Google

GE. (*to himself*) Tum témporis mihi púnctum ad hanc rem est: érus adest. AN. (*to* PHAEDRIA) Quid illúc malist?

GE. (*to himself*) Quód quom audierit, quód eius remedium ín- 185
ueniam iracúndiae?
Loquárne? incendam; táceam? instigem; púrgem me? laterém lauem.
Heú me miserum! quóm mihi paueo, tum Ántipho me excrúciat animi:
Eíus me miseret, eí nunc timeo, is núnc me retinet; nam ábsque eo esset,
Récte ego mihi uidíssem et senis essem últus iracúndiam:
Áliquid conuasássem atque hinc me cónicerem protinam ín 190
pedes.

AN. (*to* PHAEDRIA) Quam *nam* híc fugam aut furtúm parat?

GE. (*to himself, looking around*) Sed ubi Ántiphonem réperiam? aut qua quaérere insistám uia?

PH. (*to* ANTIPHO) Te nóminat. AN. (*to* PHAEDRIA) Nescío quod magnum hoc núntio expectó malum. PH. (*to* ANTIPHO) Ah!

[Sanusne es?] GE. (*to himself*) Domum íre pergam: ibi plúrimumst. (*Starts towards* DEMIPHO'S *house.*) PH. (*to* ANTIPHO) Reuocémus hominem. AN. (*to* GETA) Sta ílico. GE. (*without turning round*) Hem,
Sátis pro imperio, quísquis es. AN. (*calls him by name*) 196
Geta! GE. (*turning round and recognizing* ANTIPHO) Ípsest quem uolui óbuiam.

AN. Cédo, quid portas, óbsecro? atque id, sí potes, uerbo éxpedi.

GE. Fáciam. AN. Eloquere. GE. Módo apud portum . . AN. Meúmne? GE. Intellexti. AN. (*with a gesture of despair*) Óccidi! PH. (*in tone of surprise*) Hem!

Digitized by Google

AN. Quíd agam? PH. (*to* GETA) Quid aïs? GE. (*to* PHAEDRIA, *pointing to* ANTIPHO) Huíus patrem uidísse me, [et] patruóm tuom.

200 AN. Nám quod ego huic nunc súbito exitio rémedium inueniám miser?

(*apostrophizing* PHANIUM) Quód si eo meae fortúnae redeunt, Phánium, abs te ut dístrahar,

Núllast mihi uita éxpetenda. GE. Ergo ístaec quom ita sint, Ántipho,

Tánto magis te aduígilare aequomst: fórtis fortuna ádiuuat. 25

AN. Nón sum apud me. GE. Atqui ópus est nunc quom máxume ut sis, Ántipho;

205 Nám si senserít te timidum páter esse, arbitrábitur

Cómmeruisse cúlpam. PH. Hoc uerumst. AN. Nón possum inmutárier.

GE. Quíd faceres, si aliúd quid grauius tíbi nunc faciundúm foret?

AN. Quom hóc non possum, illúd minus possem. GE. Hoc níl 30 est, Phaedria: ílicet.

Quíd hic conterimus óperam frustra? quín abeo? PH. Et quidem ego? (GETA *and* PHAEDRIA *start to leave the stage.*) AN. (*calls after them*) Óbsecro,

210 Quíd si adsimulo? sátinest? GE. (*without turning round*) Garris. AN. Vóltum contemplámini: (*feigning an expression of boldness*) em,

Sátine sic est? GE. (*turning to look*) Nón. AN. (*with bolder expression*) Quid si sic? GE. Própemodum. AN. (*with still bolder look*) Quid síc? GE. Sat est:

Ém, istuc serua; et uérbum uerbo, pár pari ut respóndeas,

Né te iratus suís saeuidicis díctis protelét. AN. Scio. 35

GE. Ví coactum te ésse inuitum. PH. Lége, iudició. GE. Tenes?

215 (*Sees* DEMIPHO *approaching.*) Séd quis hic est senéx, quem uideo in última platea? ípsus est.

Digitized by Google

AN. Non póssum adesse. (*Starts to leave the stage.*) GE. (*calls after him*) Ah, quíd agis? quo abis, Ántipho?
Mane ínquam. AN. (*without turning*) Egomet me nóui et peccatúm meum:
Vobís commendo Phánium et uitám meam.
(*Exit hastily to Forum*, R.)
PH. Geta, quíd nunc fiet? GE. Tú iam litis aúdies;
Ego pléctar pendens, nísi quid me feféllerit. 220
Sed quód modo hic nos Ántiphonem mónuimus,
Id nósmet ipsos fácere oportet, Phaédria.
PH. Aufér mi 'oportet': quín tu quid faciam ímpera.
GE. Meminístin, olim ut fúerit uostra orátio
In re íncipiunda ad défendendam nóxiam, 225
Iustam íllam causam, fácilem, uincibilem, óptumam?
PH. Memini. GE. Ém, nunc ipsast ópus, ea aut, si quíd potest,
Melióre et callidióre. PH. Fiet sédulo.
GE. Nunc prior adito tu, égo in insidiis híc ero
Subcénturiatus, sí quid deficiás. PH. Age. 230
(PHAEDRIA *and* GETA *retire to back of stage*, R., *the latter round the corner into the alley.*)

SCENE 3.

DEMIPHO arrives in a rage, having heard the news of his son's marriage. PHAEDRIA and GETA in vain try to justify themselves. DEMIPHO demands to have his son and PHORMIO brought before him.

[*Enter* DEMIPHO *from Harbor*, L. *Soliloquizes, not observing* PHAEDRIA *and* GETA, *who converse in low tones at back of stage.*]

DEMIPHO	PHAEDRIA	GETA
SENEX	ADVLESCENS	SERVOS

II 1 DE. (*to himself, angrily*) Ítane tandem uxórem duxit Ántipho iniussú meo?
Néc meum imperium, ac mítto imperium, nón simultatém meam

Digitized by Google

Reueréri saltem ! nón pudere ! o fácinus audax, ó Geta
Monitór ! GE. (*aside*) Vix tandem. DE. (*to himself*) Quíd mihi dicent aút quam causam réperient?
235 Demíror. GE. (*aside*) Atqui réperiam : aliud cúra. DE. (*to himself*) An hoc dicét mihi : 5
'Inuítus feci. léx coëgit'? aúdio, fateór. GE. (*aside*) Places.
DE. (*to himself*) Verúm scientem, tácitum causam trádere aduorsáriis,
Etiámne id lex coëgit? PH. (*aside to* GETA) Illud dúrum.
GE. (*aside to* PHAEDRIA) Ego expediám : sine.
DE. (*to himself*) Incértumst quid agam, quía praeter spem atque íncredibile hoc mi óbtigit :
240 Ita sum ínritatus, ánimum ut nequeam ad cógitandum instítuere. 10
Quam ob rem ómnis, quom secúndae res sunt máxume, tum máxume
Meditári secum opórtet, quo pacto áduorsam aerumnám ferant :
[Pericla, damna, exilia peregre rediens semper cogitet]
Aut fili peccatum aút uxoris mórtem aut morbum filiae ;
245 Commúnia esse haec, fieri posse, ut né quid animo sít nouom ; 15
Quidquíd praeter spem euéniat, omne id députare esse ín lucro.
GE. (*aside to* PHAEDRIA) O Phaédria, incredíbile[st] quantum erum ánte eo sapiéntia.
Meditáta mihi sunt ómnia mea incómmoda, erus si rédierit :
Moléndum*st* in pistríno, uapulándum, habendae cómpedes,
250 Opus rúri faciundum. hórum nil quicquam áccidet animó 20
nouom.
Quidquíd praeter spem euéniet, omne id députabo esse ín lucro.
Séd quid cessas hóminem adire et blánde in principio ádloqui? (PHAEDRIA *comes forward to meet* DEMIPHO.)

Digitized by Google

DE. (*to himself*) Phaédriam mei frátris uideo fílium mi ire óbuiam.
PH. (*to* DEMIPHO) Mi pátrue, salue. DE. Sálue; sed ubist Ántipho?
25 PH. (*pretending not to hear the question*) Saluóm uenire . . DE. 255
(*interrupting*) Crédo; hoc respondé mihi.
PH. Valet, híc est; sed satin ómnia ex senténtia?
DE. Vellém quidem. PH. Quid istúc est? DE. Rogitas, Phaédria?
(*ironically*) Bonás me absente hic cónfecistis núptias.
PH. (*affecting surprise*) Eho, an íd suscenses núnc illi? GE. (*aside, from his hiding-place*) Artificém probum!
30 DE. (*angrily*) Egonílli non suscénseam? ipsum géstio 260
Dari mi ín conspectum, núnc sua culpa út sciat
Leném patrem illum fáctum me esse acérrumum.
PH. Atquí nihil fecit, pátrue, quod suscénseas.
DE. Ecce aútem similia ómnia! omnes cóngruont:
35 Vnúm quom noris, ómnis noris. PH. Haúd itast. 265
DE. Hic in nóxiast, ille ád dicendam caúsam adest;
Quom illést, hic praestost: trádunt operas mútuas.
GE. (*aside, as before*) Probe hórum facta inprúdens depinxít senex.
DE. Nam ni haéc ita essent, cum íllo haud stares, Phaédria.
40 PH. Si est, pátrue, culpam ut Ántipho in se admíserit, 270
Ex quá re minus rei fóret aut famae témperans,
Non caúsam dico quín quod meritus sít ferat.
Sed sí quis forte málitia fretús sua
Insídias nostrae fécit adulescéntiae
45 Ac uícit, nostran cúlpa east an iúdicum, 275
Qui saépe propter ínuidiam adimunt díuiti
Aut própter misericórdiam addunt paúperi?
GE. (*still aside*) Ni nóssem causam, créderem uera húnc loqui.
DE. An quísquam iudex ést, qui possit nóscere

Digitized by Google

280 Tua iústa, ubi tute uérbum non respóndeas, 50
Ita ut ílle fecit? PH. Fúnctus adulescéntulist
Officium liberális: postquam ad iúdices
Ventúmst, non potuit cógitata próloqui;
Ita eúm tum timidum illic obstupefécit pudor.
285 GE. (*still aside*) Laudo húnc. sed cesso adíre quam primúm 55
senem? (*Comes forward and addresses* DEMIPHO.)
Ere, sálue: saluom te áduenisse gaúdeo. DE. (*ironically, to* GETA) Oh,
Bone cústos, salue, cólumen uero fámiliae,
Quoi cómmendaui fílium hinc abiéns meum.
GE. Iam dúdum te omnis nós accusare aúdio
290 Inmérito, et me horunc ómnium inmeritíssumo. 60
Nam quíd me in hac re fácere uoluisti tibi?
Seruom hóminem causam oráre leges nón sinunt,
Neque téstimoni díctiost. DE. Mitto ómnia.
Do istúc 'inprudens tímuit adulescéns'; sino
295 'Tu séruo's'; uerum sí cognatast máxume, 65
Non fuít necesse habére; sed id quod léx iubet,
Dotém daretis, quaéreret aliúm uirum.
Qua rátione inopem pótius ducebát domum?
GE. Non rátio, uerum argéntum deerat. DE. Súmeret
300 Alicúnde. GE. Alicunde? níl est dictu fácilius. 70
DE. Postrémo si nullo álio pacto, faénore. GE. (*ironically*) Hui,
Dixísti pulchre! síquidem quisquam créderet
Te uíuo. DE. (*angrily*) Non, non síc futurumst: nón potest.
Egon íllam cum illo ut pátiar nuptam unúm diem?
305 Nil suáue meritumst. hóminem conmonstrárier 75
Mi istúm uolo, aut ubi hábitet demonstrárier.
GE. Nempe Phórmionem? DE. Istúm patronum múlieris.
GE. Iam fáxo hic aderit. DE. Ántipho ubi nunc ést? GE. Foris.
DE. Abi, Phaédria, eum requíre atque huc addúce. PH. Eo:

Digitized by Google

80 Rectá uia quidem illuc. (*Exit into* DORIO'S *house, unobserved* 310
by DEMIPHO.) GE. (*aside to the audience as he leaves the stage*) Nempe ad Pámphilam. (*Exit to Forum*, R.)

DE. (*to the spectators*) Ego deós penatis hínc salutatúm domum
Deuórtar; inde ibo ád forum atque aliquód mihi
Amícos aduocábo, ad hanc rem qui ádsient,
Vt ne ínparatus sím, si ueniat Phórmio.
(*Exit into his house.*)

Digitized by Google

ACT III.

SCENE 1.

GETA appeals to PHORMIO for help in his young master's difficulty. The latter boasts of his skill in such affairs, and undertakes to arrange the matter to ANTIPHO'S satisfaction.

[*Enter* PHORMIO *and* GETA *from Forum*, R.]

PHORMIO — PARASITVS
GETA — SERVOS

315 PH. Ítane patris aís aduentum uéritum hinc abiisse? GE. Ád- II 2
modum.
PH. Phánium relíctam solam? GE. Síc. PH. Et iratúm senem?
GE. Óppido. PH. (*to himself*) Ad te súmma solum, Phórmio,
rerúm redit:
Túte hoc intristí: tibi omnest éxedendum: accíngere.
GE. Óbsecro te. PH. (*to himself, disregarding* GETA) Sí rogabit 5
. . GE. Ín te spes est. PH. (*thoughtfully, to himself*) Éccere,
320 Quíd si reddet? GE. Tu ínpulisti. PH. (*to himself, with a satisfied air*) Síc, opinor. GE. Súbueni.
PH. (*to* GETA) Cédo senem: iam instrúcta sunt mi in córde consilia ómnia.
GE. Quíd ages? PH. Quid uis, nísi uti maneat Phánium atque
ex crímine hoc
Ántiphonem erípiam atque in me omnem íram deriuém senis?
GE. Ó, uir fortis átque amicu's. uérum hoc saepe, Phórmio, 10
325 Véreor, ne istaec fórtitudo in néruom erumpat dénique.
PH. Ah,
Nón itast: factúmst periclum, iám pedum uisást uia.
Quód me censes hómines iam deuérberasse usque ád necem?
[Hospites, tum ciuis? quo magis noui, tanto saepius.]

Digitized by Google

15 Cédo dum, enumquam iniúriarum audísti mihi scriptám dicam?

GE. Quí istuc? PH. Quia non réte accipitri ténnitur neque míluo, 330
Quí male faciunt nóbis: illis quí nihil faciunt ténnitur,
Quía enim in illis frúctus est, in íllis opera lúditur.
Áliis aliunde ést periclum, unde áliquid abradí potest:
20 Míhi sciunt nil ésse. dices 'dúcent damnatúm domum':
Álere nolunt hóminem edacem, et sápiunt mea senténtia, 335
Pró maleficio sí beneficium súmmum nolunt réddere.

GE. Nón pote satis pro mérito ab illo tíbi referri grátia.

PH. Ímmo enim nemo sátis pro merito grátiam regí refert.
25 Téne asymbolúm uenire unctum átque lautum e bálineis,
Ótiosum ab ánimo, quom ille et cúra et sumptu absúmitur! 340
Dúm tibi fit quod pláceat, ille ríngitur: tu rídeas,
Príor bibas, priór decumbas; céna dubia adpónitur.

GE. Quíd istuc uerbist? PH. Vbi tu dubites quíd sumas potíssumum.
30 Haéc quom rationem íneas quam sint suáuia et quam cára sint,
Éa qui praebet, nón tu hunc habeas pláne praesentém deum? 345

GE. (*seeing* DEMIPHO *coming*) Sénex adest: uide quíd agas: prima cóitiost acérruma.
Si eám sustinuerís, postilla iam, út lubet, ludás licet.
(*They retire to back of stage.*)

SCENE 2.

DEMIPHO has taken care to provide himself with three friends to advise him in his dealings with PHORMIO. He challenges the latter in their presence to prove ANTIPHO's relationship to the girl. PHORMIO retorts that he has done so already in a court of law; he further refuses, with a great show of indignation, to accept DEMIPHO's offer to pay him the girl's dowry on condition of his marrying her himself, and thus freeing ANTIPHO.

[*Enter* DEMIPHO *with his three friends, from Forum,* R. *They do not observe* PHORMIO *and* GETA, *who in turn pretend not to see* DEMIPHO.]

Digitized by Google

DEMIPHO HEGIO CRATINVS CRITO PHORMIO GETA
SENEX ADVOCATI III PARASITVS SERVOS

II 3 DE. (*to his friends*) Enúmquam quoiquam cóntumeliósius
Audístis factam iniúriam, quam haec ést mihi?
350 Adéste quaeso. GE. (*aside to* PHORMIO) Irátus est. PH. (*aside to* GETA) Quin tu hóc age:
Iam ego húnc agitabo. (*aloud to* GETA) pró deum inmortálium,
Negat Phánium esse hanc síbi cognatam Démipho? 5
Hanc Démipho negat ésse cognatám? GE. Negat.
PH. Neque eíus patrem se scíre qui fuerít? GE. Negat.
355 DE. (*to himself, recognizing* PHORMIO) Ipsum ésse opinor dé quo agebam: (*to his friends*) séquimini. (*Steps forward.*)
[PH. Nec Stilphonem ipsum scire qui fuerit? GE. Negat.]
PH. (*feigning indignation*) Quia egéns relictast mísera, ignoratúr parens, 10
Neclégitur ipsa: uíde auaritia quíd facit.
GE. (*in a loud tone*) Si erum ínsimulabis málitiae, male aúdies.
360 DE. (*to himself, angrily*) O audáciam! etiam me últro accusatum áduenit.
PH. (*to* GETA) Nam iam ádulescenti níhil est quod suscénseam,
Si illúm minus norat; quíppe homo iam grándior, 15
Paupér, quoi in opere uíta erat, rurí fere
Se cóntinebat; íbi agrum de nostró patre
365 Coléndum habebat. saépe interea míhi senex
Narrábat se hunc neclégere cognatúm suom:
At quém uirum! quem ego uíderim in uita óptumum. 20
GE. Videás te, atque illum [ut] nárras! PH. (*in pretended anger*) I in malám crucem!
Nam ni éum esse existumássem, numquam tám grauis
370 Ob hanc ínimicitias cáperem in uostram fámiliam,
Quam is áspernatur núnc tam inliberáliter.

Digitized by Google

25 GE. Pergín ero absenti mále loqui, inpuríssume?
PH. Dignum aútem hoc illost. GE. (*also feigning anger*) Aín tamen, carcér? DE. (*calls him*) Geta!
GE. (*to* PHORMIO, *pretending not to hear*) Bonórum extortor, légum contortór! DE. (*more loudly*) Geta!
PH. (*in a whisper to* GETA) Respónde. GE. (*turning around*) 375
Quis homost? éhem. DE. (*to* GETA) Tace.
GE. (*to* DEMIPHO) Absentí tibi
Te indígnas seque dígnas contumélias
30 Numquám cessauit dícere hodie. DE. (*to* GETA) Désine.
(*to* PHORMIO) Aduléscens, primum abs te hóc bona ueniá peto,
Si tíbi placere pótis est, mi ut respóndeas:
Quem amícum tuom aïs fuísse istum, explaná mihi, 380
Et quí cognatum mé sibi esse díceret.
35 PH. Proinde éxpiscare quási non nosses. DE. Nóssem? PH. (*with a nod*) Ita.
DE. Ego mé nego: tu quí aïs redige in mémoriam.
PH. Eho tú, sobrinum tuóm non noras? DE. (*angrily*) Énicas.
Dic nómen. PH. (*hesitating*) Nomen? máxume. DE. Quid 385
núnc taces?
PH. (*aside to* GETA) Perii hércle, nomen pérdidi. DE. (*impatiently*) [Hem] Quid aïs? PH. (*aside*) Geta,
40 Si méministi id quod ólim dictumst, súbice. (*aloud to* DEMIPHO) hem,
Non díco: quasi non nósses, temptatum áduenis.
DE. Ego aútem tempto? GE. (*prompts him*) Stílpo. PH. (*with an air of indifference*) Atque adeo quíd mea?
Stilpóst. DE. Quem dixti? PH. Stílponem inquam nóueras. 390
DE. Neque égo illum noram néque mi cognatús fuit
45 Quisquam ístoc nomine. PH. Ítane? non te horúm pudet?
At sí talentum rém reliquissét decem,
DE. (*angrily*) Di tíbi malefaciant! PH. prímus esses mémoriter
Progéniem uostram usque áb auo atque atauo próferens. 395

Digitized by Google

De. Ita ut dícis. ego tum quom áduenissem, quí mihi
Cognáta ea esset, dícerem: itidem tú face.
Cedo qui ést cognata? Ge. (*aside to* Demipho) Eu, nóster, recte. (*warningly, to* Phormio) heus tú, caue.
Ph. Dilúcide expedíui quibus me opórtuit
Iudícibus: tum id si fálsum fuerat, fílius
Quor nón refellit? De. Fílium narrás mihi?
Quoius dé stultitia díci ut dignumst nón potest.
Ph. (*ironically*) At tú qui sapiens és magistratús adi,
Iudícium de eadem caúsa iterum ut reddánt tibi,
Quandóquidem solus régnas et solí licet
Hic de eádem causa bís iudicium *a*píscier.
De. Etsí mihi facta iniúriast, uerúm tamen
Potiús quam litis sécter aut quam te aúdiam,
Itidem út cognata sí sit, id quod léx iubet
Dotís dare, abduc hánc, minas quinque áccipe.
Ph. (*laughing*) Hahahaé, homo suauis. De. Quíd est? num iniquom póstulo?
An ne hóc quidem ego adipíscar, quod ius públicumst?
Ph. (*affecting indignation*) Itan tándem, quaeso, item út meretricem ubi abúsus sis,
Mercédem dare lex iúbet eï atque amíttere?
An, ut né quid turpe cíuis in se admítteret
Proptér egestatem, próxumo iussást dari,
Vt cum úno aetatem dégeret? quod tú uetas.
De. Ita, próxumo quidem; át nos unde? aut quam ób rem? Ph. Ohe,
'Actum' áiunt 'ne agas.' De. Nón agam? immo haud désinam,
Donéc perfecero hóc. Ph. Ineptis. De. Síne modo.
Ph. Postrémo tecum níl rei nobis, Démipho, est:
Tuos ést damnatus gnátus, non tu; nám tua
Praetérierat iam ad dúcendum aetas. De. Ómnia haec

Digitized by Google

Illúm putato, quae égo nunc dico, dícere;
Aut quídem cum uxore hac ípsum prohibebó domo. 425
GE. (*aside*) Irátus est. PH. Tu té idem melius féceris.
80 DE. (*angrily*) Itan és paratus fácere me aduorsum ómnia,
Infélix? PH. (*aside to* GETA) Metuit híc nos, tam etsi sédulo
Dissímulat. GE. (*aside to* PHORMIO) Bene habent tíbi principia. PH. (*aloud to* DEMIPHO) Quín quod est
Ferúndum fers? tuis dígnum factis féceris, 430
Vt amíci inter nos símus. DE. Egon tuam éxpetam
85 Amícitiam? aut te uísum aut auditúm uelim?
PH. Si cóncordabis cum ílla, habebis quaé tuam
Senectútem oblectet: réspice aetatém tuam.
DE. Te obléctet, tibi habe. PH. Mínue uero iram. DE. Hóc age: 435
Satis iám uerborumst: nísi tu properas múlierem
90 Abdúcere, ego illam eíciam. dixi, Phórmio.
PH. Si tu íllam attigeris sécus quam dignumst líberam,
Dicám tibi inpingam grándem. dixi, Démipho.
(*to* GETA) Si quíd opus fuerit, heús, domo me. GE. Intéllego. 440
(*Exit* PHORMIO *to Forum*, R.)

SCENE 3.

DEMIPHO, after an unsatisfactory consultation with his friends, determines to wait for the advice of his brother, who is soon expected home.

DEMIPHO	GETA	HEGIO	CRATINVS	CRITO
SENEX	SERVOS	ADVOCATI	III	

II 4 DE. Quantá me cura et sóllicitudine ádficit
Gnatús, qui me et se hisce ínpediuit núptiis!
Neque mi ín conspectum pródit, ut saltém sciam,
Quid de eá re dicat quídue sit senténtiae.
5 (*to* GETA) Abi, uíse redierítne iam an non dúm domum. 445
GE. Eó. (*Exit into* DEMIPHO'S *house.*) DE. (*to his friends*) Videtis quo ín loco res haéc siet:

Digitized by Google

Quid ágo? dic, Hegio. HE. Égo? Cratinum cénseo,
Si tíbi uidetur. DE. Díc, Cratine. CRA. Méne uis?
DE. Te. CRA. Ego quae ín rem tuam sint éa uelim faciás. mihi
450 Sic hóc uidetur: quód te absente hic fílius 10
Egít, restitui in íntegrum aequomst ét bonum,
Et id ímpetrabis. díxi. DE. Dic nunc, Hégio.
HE. Ego sédulo hunc (*pointing to* CRATINUS) dixísse credo; uérum itast,
Quod hómines tot senténtiae: suos quoíque mos.
455 Mihi nón uidetur quód sit factum légibus 15
Rescíndi posse; et túrpe inceptust. DE. Díc, Crito.
CRI. Ego ámplius delíberandum cénseo:
Res mágnast. HE. Num quid nós uis? DE. Fecistís probe:
(*to himself, as they leave the stage*) Incértior sum múlto quam dudúm. (*Exeunt* HEGIO, CRATINUS, *and* CRITO *to Forum*, R. *Enter* GETA *from* DEMIPHO'S *house.*) GE. Negant
460 Redísse. DE. Frater ést expectandús mihi: 20
Is quód mihi dederit de hác re consilium, íd sequar.
Percóntatum ibo ad pórtum, quoad se récipiat.
(*Exit to Harbor*, L.)
GE. (*to himself*) At ego Ántiphonem quaéram, ut quae acta hic sínt sciat. (*Starts to leave the stage, but stops on seeing* ANTIPHO *approaching.*)
Sed eccum ípsum uideo in témpore huc se récipere.

SCENE 4.

ANTIPHO returns, angry with himself for running away. GETA assures him that both he and PHAEDRIA have done their best for him with his father.

[*Enter* ANTIPHO *from Forum*, R.]

ANTIPHO — GETA
ADVLESCENS — SERVOS

Digitized by Google

III 1 AN. (*to himself, not observing* GETA) Énim uero, Antiphó, multi- 465
modis cum ístoc animo es uituperandus:
Ítane te hinc abísse et uitam tuám tutandam aliís dedisse!
Álios tuam rem crédidisti mágis quam tete animum áduorsuros?
Nam út ut erant alia, ílli certe quaé nunc tibi domíst consuleres,
5 Né quid propter tuám fidem decépta poteretúr mali;
Quoí nunc miserae spés opesque súnt in te uno omnés sitae. 470
GE. (*coming forward*) Et quídem, ere, nos iam dúdum hic te absentem íncusamus, qui ábieris.
AN. Te ipsúm quaerebam. GE. Séd ea causa níhilo magis defécimus.
AN. Loquere óbsecro, quo nam ín loco sunt rés et fortunaé meae?
10 Num quíd patri subolét? GE. Nil etiam. AN. Ecquíd spei porrost? GE. Néscio. AN. (*despairingly*) Ah!
GE. Nisi Phaédria haud cessáuit pro te eníti. AN. Nil fecít noui. 475
GE. Tum Phórmio itidem in hác re ut [in] aliis strénuom hominem praébuit.
AN. Quid is fécit? GE. Confutáuit uerbis ádmodum iratúm senem.
AN. (*joyously*) Eu, Phórmio! GE. Ego quod pótui porro. AN. Mí Geta, omnis uós amo.
15 GE. Sic habent princípia sese ut díxi: adhuc tranquílla res est,
Mánsurusque pátruom pater est, dum húc adueniat. AN. 480
Quíd eum? GE. Vt aibat
De eíus consilio sése uelle fácere quod ad hanc rem áttinet.
AN. Quántum metuíst míhi, uidere huc sáluom nunc patruóm, Geta!
Nam pér eius unam, ut aúdio, aut uiuam aút moriar senténtiam.
20 GE. (*seeing* PHAEDRIA *coming out*) Phaédria tibi adést. AN. (*looking around*) Vbi nam? GE. (*pointing to* DORIO'S *house*) Eccum ab suá palaestra exít foras.

Digitized by Google

SCENE 5.

Introduction of the secondary plot. PHAEDRIA has been unable to raise money enough to buy the music-girl with whom he is in love, and DORIO, her owner, in spite of the expostulations of PHAEDRIA and his friends, persists in his determination to break his former bargain with PHAEDRIA, and to sell her to a soldier who offers him ready money.

[*Enter* DORIO *from his house, followed by* PHAEDRIA. *They cross the stage in eager dispute.*]

PHAEDRIA	DORIO	ANTIPHO	GETA
ADVLESCENS	LENO	ADVLESCENS	SERVOS

485 PH. (*beseechingly*) Dório, III 2
Audi óbsecro. DO. Non aúdio. (*Starts off the stage.*) PH.
Parúmper. (*Tries to hold him back.*) DO.
(*shaking off his grasp*) Quin omítte me.
PH. Aúdi quod dicam. DO. Át enim taedet iam aúdire eadem míliens.
PH. Át nunc dicam quód lubenter aúdias. DO. (*stopping*) Loquere, aúdio.
PH. (*earnestly*) Nón queo te exoráre ut maneas tríduom hoc? quo núnc abis?
490 DO. Mirábar si tu míhi quicquam adferrés noui. AN. (*aside to* GETA) Ei, 5
Metuó lenonem né quid . . GE. (*aside to* ANTIPHO) Suo suát capiti? idem ego uéreor.
PH. Non dúm mihi credis? DO. Háriolare. PH. Sín fidem do?
DO. Fábulae.
PH. Faéneratum istúc beneficium púlchre tibi dicés. DO. Logi.
PH. Créde mihi, gaudébis facto: uérum hercle hoc est. DO. Sómnia.
495 PH. Experire: nón est longum. DO. Cántilenam eandém canis. 10
PH. (*beseechingly*) Tu míhi cognatus, tú parens, tu amícus, tu . .
DO. (*interrupting*) Garrí modo.
PH. (*in despair*) Ádeon ingenio ésse duro te átque inexorábili,

Digitized by Google

Vt neque misericórdia neque précibus mollirí queas !
Do. (*mockingly*) Ádeon te esse incógitantem atque ínpudentem, Phaédria,
15 Vt phaleratis dúcas dictis me ét meam ductes grátiis ! 500
An. (*aside to* Geta) Míseritumst. Ph. (*to himself*) Ei, uérbis uincor ! Ge. (*aside to* Antipho) Quám uterque est similís sui !
Ph. (*sadly, to himself*) *At*que Ántipho alia quom óccupatus ésset sollicitúdine,
Tum hoc ésse mi obiectúm malum ! An. (*coming forward with* Geta) Quid istúc est autem, Phaédria?
Ph. Ó fortunatíssume Antipho. An. Égone? Ph. Quoi quod amás domist,
20 Néque cum huius modi (*pointing to* Dorio) umquam úsus 505 uenit út conflictarés malo.
An. Míhin domist? immo, íd quod aiunt, aúribus teneó lupum :
[Nam neque quo pacto a me amittam neque uti retineam scio.]
Do. Ípsum istuc mi in hóc est. An. (*to* Dorio) Heia, né parum lenó sies.
(*to* Phaedria, *pointing to* Dorio) Núm quid hic confécit? Ph. Hicine? quód homo inhumaníssumus :
25 Pámphilam meam uéndidit. An. Quid? uéndidit? Ge. 510 Ain? uéndidit?
Ph. Véndidit. Do. (*ironically*) Quam indígnum facinus, áncillam aere emptám meo !
Ph. Néqueo exorare út me maneat ét cum illo ut mutét fidem
Tríduom hoc, dum id quód est promissum ab amícis argentum aúfero.
(*to* Dorio) Sí non tum dedero, únam praeterea hóram ne oppertús sies.
30 Do. Óbtundes? An. (*to* Dorio) Haud lóngumst id quod órat: 515 exorét sine.

Digitized by Google

(*pointing to* PHAEDRIA) Ídem hic tibi, quod bóni promeritus fúeris, conduplicáuerit.

Do. Vérba istaec sunt. AN. (*pleadingly*) Pámphilamne hac úrbe priuarí sines?

Túm praeterea horúnc amorem dístrahi poterín pati?

Do. Néque ego neque tu. GE. (*angrily, to* DORIO) Dí tibi omnes íd quod es dignús duint!

520 Do. (*to* PHAEDRIA) Égo te complurís aduorsum ingénium meum mensís tuli, 35

Póllicitantem et níl ferentem, fléntem; nunc contra ómnia haec:

Répperi qui dét neque lacrumet: dá locum melióribus.

AN. (*to* PHAEDRIA) Cérte hercle, ego si sátis commemini, tíbi quidemst olím dies,

Quam ád dares huic (*pointing to* DORIO), praéstituta. PH. Fáctum. Do. Num ego istúc nego?

525 AN. Iam éa praeteriit? Do. Nón, uerum haec eï ántecessit. 40 AN. Nón pudet

Vánitatis? Do. Mínume, dum ob rem. GE. (*angrily, to* DORIO) Stérculinum! PH. Dório,

Ítane tandem fácere oportet? Do. Síc sum: si placeo, útere.

AN. Síc hunc decipís? Do. Immo enim uero, Ántipho, hic me décipit:

Nam híc me huius modi scíbat esse, ego húnc esse aliter crédidi;

530 Íste me feféllit, ego isti nílo sum aliter ác fui. 45

Séd ut ut haec sunt, támen hoc faciam: crás mane argentúm mihi

Míles dare se díxit: si mihi prior tu attuleris, Phaédria,

Meá lege utar, út potior sit, quí prior ad dandúmst. uale.

(*Exit to Forum*, R.)

Digitized by Google

Scene 6.

Phaedria bewails his hard lot; whereupon Geta promises, with the help of Phormio, to raise for him the amount he requires, namely, thirty *minae*.

Phaedria	Antipho	Geta
ADVLESCENTES	II	SERVOS

III 3 Ph. (*in despair*) Quíd faciam? unde ego núnc tam subito huic árgentum inueniám miser,
Quoí minus nihilost? quód, hic si pote fuísset exorárier 535
Tríduom hoc, promíssum fuerat. An. Ítane hunc patiemúr, Geta,
Fíeri miserum, quí me dudum, ut díxti, adiuerit cómiter?
5 Quín quom opust, beneficium rursum eï éxperiemur réddere?
Ge. Scío equidem hoc esse aéquom. An. Age ergo, sólus seruare húnc potes.
Ge. Quíd faciam? An. Inueniás argentum. Ge. Cúpio; sed id 540
unde, édoce.
An. Páter adest hic. Ge. Scío; sed quid tum? An. Ah, díctum sapientí sat est.
Ge. Ítane? An. Ita. Ge. Sane hércle pulchre suádes: etiam tu hínc abis?
10 Nón triumpho, ex núptiis tuis sí nil nanciscór mali,
Ni étiam nunc me huius caúsa quaerere ín malo iubeás crucem?
An. Vérum hic dicit. Ph. Quíd? ego uobis, Géta, alienus sum? 545
Ge. Haúd puto;
Séd parumne est, quod ómnibus nunc nóbis suscensét senex,
Ni ínstigemus étiam, ut nullus lócus relinquatúr preci?
15 Ph. Álius ab oculís meis illam in ígnotum abducét locum? (*sighing*) hem:
Tum ígitur, dum licét dumque adsum, lóquimini mecum, Ántipho,
Cóntemplaminí me. An. Quam ob rem? aut quíd nam facturú's? cedo. 550

Digitized by Google

PH. Quóquo hinc asportábitur terrárum, certumst pérsequi
Aút perire. GE. Dí bene uortant quód agas! pedetemptím tamen.
AN. Víde si quid opis pótes adferre huic. GE. 'Sí quid'? quid? 20
AN. Quaere, óbsecro.
Né quid plus minúsue faxit, quód nos post pigeát, Geta.
555 GE. Quaéro: saluos ést, ut opinor; uérum enim metuó malum.
AN. Nóli metuere: úna tecum bóna mala tolerábimus.
GE. Quántum opus est tibi argénti, loquere. PH. Sólae trigintá minae.
GE. Tríginta? hui, percárast, Phaedria. PH. Ístaec uero úllis 25 est.
GE. Áge age, inuentas réddam. PH. (*joyfully*) O lepidum! (*Embraces* GETA.) GE. (*shaking him off*) Aufér te hinc. PH. Iam opust. GE. Iám feres:
560 Séd opus est mihi Phórmionem ad hánc rem adiutorém dari.
AN. Praéstost: audacíssume oneris quíduis inpone, éc-feret;
Sólus est homo amíco amicus. GE. Eámus ergo ad eum ócius.
AN. Núm quid est quod operá mea uobis ópus sit? GE. Nil; 30 uerum ábi domum
Ét illam miseram, quam égo nunc intus scío esse exanimatám metu,
565 Cónsolare. céssas? AN. Nihil est aéque quod faciám lubens.
(*Exit into* DEMIPHO'S *house.*)
PH. Quá uia istuc fácies? GE. Dicam in ítinere: hinc modo te ámoue.
(*Exeunt* PHAEDRIA *and* GETA *to Forum,* R.)

Digitized by Google

ACT IV.

SCENE I.

CHREMES arrives home, and explains to his brother that his second wife, together with her daughter and her nurse, left Lemnos before his arrival, and that they are now in Athens. He has heard of ANTIPHO's marriage, and expresses to his brother his regret at the failure of their original plan, since nów he must marry his unacknowledged daughter to some stranger, who will not have the same interest DEMIPHO would have had in keeping her birth a secret. DEMIPHO promises to do his best to bring about the previous arrangement, in spite of his son's unfortunate marriage.

[*Enter* DEMIPHO *and* CHREMES *from Harbor*, L.]

DEMIPHO — SENES CHREMES — II

IV 1 DE. Quid? quá profectus caúsa hinc es Lemnúm, Chremes,
Addúxtin tecum fíliam? CH. Non. DE. Quíd ita non?
CH. Postquám uidet me eius máter esse hic díutius,
Simul aútem non manébat aetas uírginis 570
5 Meam néclegentiam: ípsam cum omni fámilia
Ad mé profectam esse aíbant. DE. Quid illi tám diu
Quaeso ígitur commorábare, ubi id audíeras?
CH. Pol mé detinuit mórbus. DE. Vnde? aut quí? CH. Rogas?
Senéctus ipsast mórbus. sed uenísse eas 575
10 Saluás audiui ex naúta qui illas uéxerat.
DE. Quid gnáto obtigerit me ábsente, audistí, Chremes?
CH. Quod quídem me factum cónsili incertúm facit.
Nam hanc cóndicionem sí quoi tulero extrário,
Quo pácto aut unde míhi sit dicundum órdine est. 580
15 Te míhi fidelem esse aéque atque egomet súm mihi
Scibam. ílle si me aliénus adfinem uolet,

Digitized by Google

Tacébit, dum intercédet familiáritas;
Sin spréuerit me, plús quam opus est scitó sciet.
585 Vereórque ne uxor áliqua hoc resciscát mea:
Quod sí fit, ut me excútiam atque egrediár domo, 20
Id réstat; nam ego meórum solus súm meus.
DE. Scio ita ésse, et istaec míhi res sollicitúdinist,
Neque défetiscar úsque adeo experírier,
590 Donéc tibi id quod póllicitus sum effécero.

SCENE 2.

GETA, having arranged a plan with PHORMIO to obtain the necessary money for PHAEDRIA, now comes to carry it out. He is somewhat disconcerted at observing the return of CHREMES, but determines not to let that interfere with his original design.

[*Enter* GETA *from Forum*, R. *Soliloquizes, not observing the two old men.*]

GETA DEMIPHO CHREMES
SERVOS SENES II

IV 2 GE. (*to himself*) Ego hóminem callidiórem uidi néminem
Quam Phórmionem. uénio ad hominem, ut dícerem
Argéntum opus esse et íd quo pacto fieret.
Vix dúm dimidium díxeram, intelléxerat:
595 Gaudébat, me laudábat, quaerebát senem. 5
Dis grátias agébat, tempus síbi dari,
Vbi Phaédriae *es*se osténderet niló minus
Amícum *se*se quam Ántiphoni. hominem ád forum
Iussi ópperiri: eo me ésse adducturúm senem.
600 (*Catches sight of* DEMIPHO.) Sed eccum ípsum. quis est 10
ultérior? (*in dismay, recognizing* CHREMES)
attat, Phaédriae
Pater uénit. (*plucking up courage*) sed quid pértimui autem
bélua?
An quía quos fallam pro úno duo sunt mí dati?

Digitized by Google

Commódius esse opínor duplici spe útier.
Petam hínc unde a primo ínstitŭ: is si dát, sat est;
15 Si ab eó nil fiet, tum húnc adoriar hóspitem. (*Crosses the* 605
stage towards the old men, who are standing in front of CHREMES'S *house.*)

SCENE 3.

GETA informs the old men that he has concluded an arrangement by which they can get rid of the unwelcome bride. PHORMIO, though pretending to be betrothed to a rich girl, has consented, in order to avoid further quarrels, to marry the stranger, if they will give him along with her sufficient dowry to pay his debts. He names thirty *minae*, the sum required by PHAEDRIA. DEMIPHO refuses; but CHREMES, in his eagerness for the arrangement, consents to pay the money out of his own pocket. ANTIPHO is present unobserved during the interview, and naturally considers himself betrayed by GETA.

[*Enter* ANTIPHO *from* DEMIPHO'S *house. He remains in the background, unnoticed by the others, all through the scene.*]

ANTIPHO GETA CHREMES DEMIPHO
ADVLESCENS SERVOS SENES II

IV 3 AN. (*to himself*) Expécto quam mox récipiat sesé Geta.
(*noticing the old men*) Sed pátruom uideo cúm patre astantem.
eí mihi,
Quam tímeo, aduentus húius quo inpellát patrem!
GE. Adíbo [hosce]: (*approaching and saluting the old men*) o
salue, nóster Chremes. CH. Salué, Geta.
5 GE. Venire saluom uólup est. CH. Credo. GE. Quíd agitur? 610
Multa áduenienti, ut fit, noua hic? CH. Complúria.
GE. Ita. de Ántiphone audístin quae facta? CH. Ómnia.
GE. (*to* DEMIPHO) Tun díxeras huic? fácinus indignúm, Chremes,
Sic círcumiri! CH. Id cum hóc (*pointing to* DEMIPHO)
agebam cómmodum.
10 GE. Nam hercle égo quoque id quidem ágitans mecum sédulo 615

Digitized by Google

Inuéni, opinor, rémedium huic rei. CH. Quíd, Geta?
DE. Quod rémedium? GE. Vt abii ábs te, fit forte óbuiam
Mihi Phórmio. CH. Qui Phórmio? DE. Is qui istánc. CH. Scio.
GE. Visúmst mi, ut eius témptarem senténtiam.
620 Prendo hóminem solum: 'quór non,' inquam, 'Phórmio, 15
Vidés, inter nos síc haec potius cúm bona
Vt cómponamus grátia quam cúm mala?
Erus líberalis ést et fugitans lítium;
Nam céteri quidem hércle amici omnés modo
625 Vno óre auctores fuére, ut praecipitem hánc daret.' 20
AN. (*aside*) Quid hic coéptat aut quo euádet hodie? GE. (*continuing the pretended conversation*) 'An légibus
Datúrum poenas díces, si illam eiécerit?
Iam id éxploratumst: heía, sudabís satis,
Si cum íllo inceptas hómine: ea eloquéntiast.
630 Verúm pono esse uíctum eum; at tandém tamen 25
Non cápitis ei res ágitur, sed pecúniae.'
Postquam hóminem his uerbis séntio mollírier,
'Solí sumus nunc hic' ínquam: 'eho, dic quid uís dari
Tibi ín manum, ut erus hís desistat lítibus,
635 Haec hínc facessat, tú molestus né sies?' 30
AN. (*aside, in amazement*) Satin íllí di sunt própitii? GE. (*as before*) 'Nam sát scio,
Si tu áliquam partem aequí bonique díxeris,
Vt est ílle bonus uir, tría non commutábitis
Verba hódie inter uos.' DE. Quís te istaec iussít loqui?
640 CH. Immó non potuit mélius peruenírier 35
Eo quó nos uolumus. AN. (*aside, in despair*) Óccidi! DE. Perge éloqui.
GE. A prímo homo insaníbat. CH. Cedo quid póstulat?
GE. Quid? nímium quantum. CH. *Quántum?* dic. GE. Si quís daret

Digitized by Google

Taléntum magnum. DE. (*angrily*) Immó malum hercle: ut
níl pudet!
40 GE. Quod díxi adeo eï: 'quaéso, quid si fíliam 645
Suam únicam locáret? parui ré tulit
Non súscepisse: inuéntast quae dotém petat.'
Vt ad paúca redeam ac míttam illius inéptias,
Haec dénique eius fuít postrema orátio:
45 'Ego' ínquit 'a princípio amici fíliam, 650
Ita ut aéquom fuerat, uólui uxorem dúcere;
Nam míhi uenibat ín mentem eius incómmodum,
In séruitutem paúperem ad ditém dari.
Sed mi ópus erat, ut apérte tibi nunc fábuler,
50 Aliquántulum quae adférret, qui dissóluerem 655
Quae débeo: ét etiám nunc, si uolt Démipho
Dare quántum ab hac accípio, quae sponsást mihi,
Nullám mihi malim quam ístanc uxorém dari.'
AN. (*aside*) Vtrúm stultitia fácere ego hunc an málitia
55 Dicám, scientem an ínprudentem, incértus sum. 660
DE. Quid si ánimam debet? GE. 'Áger oppositus pígnori
Ob décem minas est.' DE. Áge age, iam ducát: dabo.
GE. 'Aedículae item sunt ób decem alias.' DE. (*loudly and angrily*) Oíeï,
Nimiúmst. CH. Ne clama: *ré*petito hasce a mé decem.
60 GE. 'Vxóri emunda ancíllulast; tum plúscula 665
Supelléctile opus est; ópus est sumptu ad núptias:
His rébus *porro* sáne pone' inquít 'decem [minas].'
DE. (*as before*) Sescéntas proinde scríbito iam míhi dicas:
Nil do. ínpuratus me ílle ut etiam inrídeat?
65 CH. Quaeso, égo dabo, quiésce: tu modo fílium 670
Fac ut íllam ducat, nós quam uolumus. AN. (*aside, despairingly*) Eí mihi!
Geta, óccidisti mé tuis falláciis.
CH. Mea caúsa eïcitur: mé hoc est aequom amíttere.

Digitized by Google

GE. 'Quantúm potest me cértiorem' inquít 'face,
675 Si illám dant, hanc ut míttam, ne incertús siem; 70
Nam illí mihi dotem iám constituerúnt dare.'
CH. Iam accípiat: illis répudium renúntiet;
Hanc dúcat. DE. (*angrily*) Quae quidem ílli res uortát male!
CH. Oppórtune adeo argéntum nunc mecum áttuli,
680 Fructúm quem Lemni uxóris reddunt praédia: 75
Inde súmam; (*to* DEMIPHO) uxori tíbi opus esse díxero.
(*Exeunt* DEMIPHO *and* CHREMES *into the latter's house.*)

SCENE 4.

GETA, accused by ANTIPHO of betraying his interests, explains that PHORMIO has no idea of carrying out the plan just made, but merely intends to hand over to PHAEDRIA for his immediate use the money advanced by the old men as the girl's dowry. As soon as PHAEDRIA succeeds in borrowing the amount from his friends, PHORMIO will repay it to the old men, and refuse to carry out his bargain on the plea of superstitious fears.

ANTIPHO ADVLESCENS — GETA SERVOS

IV 4 AN. (*coming forward*) Geta! GE. Hém! AN. Quid egisti? GE.
Émunxi argentó senes.
AN. Satin ést id? GE. (*understanding him to refer to the money*)
Nescio hércle: tantum iússus sum.
AN. Eho, uérbero, aliud míhi respondes ác rogo?
685 GE. Quid érgo narras? AN. Quíd ego narrem? operá tua
Ad réstim mihi quidém res redit planíssume.
(*angrily*) Vt té quidem omnes dí deae, superi ínferi
Malís exemplis pérdant! (*bitterly*) em, si quíd uelis,
Huic mándes, qui te ad scópulum e tranquillo aúferat.
690 Quid mínus utibile fuít quam hoc ulcus tángere
Aut nóminare uxórem? iniectast spés patri 10
Posse íllam extrudi. cédo nunc porro: Phórmio

Digitized by Google

Dotém si accipiet, úxor ducendást domum :
Quid fiet? GE. Non enim dúcet. AN. (*sarcastically*) Noui. céterum
Quom argéntum repetent, nóstra causa scílicet 695
In néruom potius íbit. GE. Nil est, Ántipho,
Quin mále narrando póssit deprauárier :
Tu id quód bonist excérpis, dicis quód malist.
Audí nunc contra : iám si argentum accéperit,
Ducéndast uxor, út aïs, concedó tibi : 700
Spatiúm quidem tandem ádparandi núptias,
Vocándi, sacruficándi dabitur paúlulum.
Intérea amici quód polliciti súnt dabunt :
Inde íste reddet. AN. Quam ób rem? aut quid dicét? GE. Rogas?
'Quod rés postilla mónstra euenerúnt mihi! 705
Intro íit in aedis áter alienús canis ;
Anguís per inpluuium décidit de tégulis ;
Gallína cecinit ; ínterdixit háriolus ;
Harúspex uetuit ; ánte brumam autém noui
Negóti incipere * * * * * 710
* * * ' : quaé causast iustíssuma.
Haec fient. AN. Vt modo fiant! GE. Fient : mé uide.
(*seeing* DEMIPHO *coming out*) Pater éxit : abi, dic ésse argentum Phaédriae.

(*Exit* ANTIPHO *to Forum*, R.)

SCENE 5.

As DEMIPHO is on the point of setting out to pay the money to PHORMIO, in accordance with their bargain, CHREMES bids him on his return request NAUSISTRATA (CHREMES'S wife) to call upon the young girl, and inform her of the arrangement they have made respecting her. CHREMES'S thoughts now turn to his Lemnian wife and daughter.

[*Enter* DEMIPHO *and* CHREMES *from the latter's house, the former carrying a bag of money.*]

Digitized by Google

DEMIPHO CHREMES GETA
SENES II SERVOS

IV 5 DE. (*to* CHREMES) Quiétus esto, inquam: égo curabo né quid uerborúm duit.
Hoc (*pointing to the money*) témere numquam amíttam ego a me, quín mihi testis ádhibeam:
715 Quoi dem ét quam ob rem dem, cómmemorabo. GE. (*aside*) Vt caútus est, ubi níl opust.
CH. Atque íta opus factost: ét matura, dúm lubido eadem haéc manet;
Nam si áltera illaec mágis instabit, fórsitan nos réiciat. 5
GE. (*aloud*) Rem ipsám putasti. DE. (*to* GETA) Dúc me ad eum ergo. GE. Nón moror. CH. (*to* DEMIPHO) Vbi hoc égeris,
Transíto ad uxorém meam, ut conuéniat hanc prius quam hínc abit.
720 Dicát eam dare nos Phórmioni núptum, ne suscénseat;
Et mágis esse illum idóneum, qui ipsí sit familiárior;
Nos nóstro officio nón digressos ésse: quantum is uóluerit, 10
Datum ésse dotis. DE. Quíd tua malum id ré fert? CH. Magni, Démipho.
Non sátis est tuom te officium fecisse, íd si non fama ádprobat:
725 Volo ipsíus quoque uoluntáte haec fieri, né se eiectam praédicet.
DE. Idem égo istuc facere póssum. CH. Mulier múlieri magis cónuenit.
DE. Rogábo. (*Exeunt* DEMIPHO *and* GETA *to Forum*, R.) CH. (*thoughtfully, to himself*) Vbi illas núnc ego reperíre possim, cógito.

SCENE 6.

SOPHRONA, nurse of the young stranger whom ANTIPHO has married, while expressing in soliloquy her fear for the future happiness of her charge, on account of her unkindly

Digitized by Google

reception at the hands of her father-in-law, is recognized by CHREMES as the nurse of his daughter PHANIUM. She addresses him as STILPO, under which name he had passed at Lemnos; whereupon he explains to her in low tones the mystery of his double marriage. He asks after his second wife and daughter; and on hearing that it is PHANIUM to whom ANTIPHO is married, expresses his satisfaction at the unexpected accomplishment of his life-long wish, but begs SOPHRONA to keep the matter quiet, that his Athenian wife may suspect nothing.

[*Enter* SOPHRONA *from* DEMIPHO'S *house. Soliloquizes, not perceiving* CHREMES.]

SOPHRONA — NVTRIX CHREMES — SENEX

V 1 So. (*to herself*) Quíd agam? quem mi amícum inueniam mísera?
aut quo consília haec referam?
Aút unde auxiliúm petam?
Nám uereor, era ne ób meum suasum indígna iniuria ádficiatur: 730
Íta patrem adulescéntis facta haec tólerare audió uiolenter.
5 CH. (*aside*) Nám quae haec anus est, éxanimata a frátre quae
egressást meo?
So. (*to herself*) Quod ut fácerem egestas me ínpulit, quom scírem
infirmas núptias
Hasce ésse, ut id consúlerem, interea uíta ut in tutó foret.
CH. (*aside*) Cérte edepol, nisi me ánimus fallit aút parum pro- 735
spíciunt oculi,
Meaé nutricem gnátae uideo. So. (*to herself*) Néque ille
inuestigátur, CH. (*aside*) Quid ago?
10 So. (*to herself*) Qui ést eius pater. CH. (*aside*) Ádeo, maneo,
dum haéc quae loquitur mágis cognosco?
So. (*to herself*) Quód si eum nunc reperíre possim, níhil est quod
uereár. CH. (*aside*) East ipsa:
Cónloquar. (*Comes forward.*) So. (*overhearing him*) Quis
hic lóquitur? CH. (*calls her*) Sophrona! So.
Ét meum nomen nóminat?

Digitized by Google

740 CH. Réspice ad me. SO. (*looking closely at him*) Di óbsecro uos,
éstne hic Stil*po*? CH. Nón. SO. Negas?
CH. (*in a whisper, beckoning*) Cóncede hinc a fóribus paulum
istórsum sodes, Sóphrona.
Ne me ístoc posthac nómine appellássis. SO. Quid? non, 15
ŏbsecro, es
Quem sémper te esse díctitasti? CH. (*pointing to door of his house*) St'. SO. Quid has metuís fores?
CH. (*coming near her, and speaking in a low tone*) Conclúsam
hic habeo uxórem saeuam. uérum istoc me
nómine
745 Eo pérperam olim díxi, ne uos fórte inprudentés foris
Effúttiretis átque id porro aliqua úxor mea rescísceret.
SO. Istóc pol nos te hic ínuenire míserae numquam pótuimus. 20
CH. Eho díc mihi, quid reí tibist cum fámilia hac (*pointing to* DEMIPHO'S *house*) unde éxis?
Vbi illaé sunt? SO. (*sighing*) Miseram me! CH. (*in alarm*)
Hém, quid est? uiuóntne? SO. Viuit gnáta.
750 Matrem ípsam ex aegritúdine hac miserám mors consecútast.
CH. (*coolly*) Male fáctum. SO. Ego autem, quae éssem anus
deserta egens ignóta,
Vt pótui nuptum uírginem locáui huic adulescénti, 25
Harúm (*pointing to* DEMIPHO'S *house*) qui est dominus
aédium. CH. Antiphónin? SO. Em, istic ípsi.
CH. (*amazed*) Quid? duásne uxores hábet? SO. (*deprecatingly*)
Au, obsecro, únam ille quidem hanc sólam.
755 CH. Quid illam álteram quae dícitur cognáta? SO. Haec ergost.
CH. Quíd aïs?
SO. Compósito factumst, quó modo hanc amáns habere pósset
Sine dóte. CH. (*joyfully*) Di uostrám fidem, quam saépe 30
forte témere
Euéniunt quae non aúdeas optáre! offendi aduéniens
Quocúm uolebam et út uolebam cónlocatam *gnátam*;

Digitized by Google

Quod nós ambo opere máxumo dabámus operam ut fieret, 760
Sine nóstra cura, máxuma sua cúra hic solus fécit.
35 So. Nunc quíd opus facto sít uide: pater ádulescentis uénit
Eumque ánimo iniquo hoc óppido ferre áiunt. CH. (*reassuringly*) Nil periclist.
(*earnestly*) Sed pér deos atque hominés meam esse hanc cáue resciscat quísquam.
So. Nemo é me scibit. CH. Séquere me: intus cétera audiétis. 765
(*Exeunt* CHREMES *and* SOPHRONA *into* DEMIPHO'S *house.*)

Digitized by Google

ACT V.

SCENE 1.

DEMIPHO returns after paying the money to PHORMIO, and goes in to beg NAUSISTRATA'S services, in accordance with his promise to his brother. GETA expresses in soliloquy his fears for the future, in spite of the success of his plans thus far.

[*Enter* DEMIPHO *and* GETA *from Forum*, R.]

DEMIPHO — SENEX GETA — SERVOS

V 2 DE. Nostrápte culpa fácimus ut malís expediat ésse,
Dum nímium dici nós bonos studémus et benígnos.
Ita fúgias ne praetér casam, quod áiunt. nonne id sát erat,
Accípere ab illo iniúriam? etiam argéntumst ultro obiéctum,
770 Vt sít qui uiuat, dum áliud aliquid flágiti conficiat. 5
GE. Planíssume. DE. Eis nunc praémiumst, qui récta praua fáciunt.
GE. Veríssume. DE. Vt stultíssume quidem illí rem gesserímus.
GE. Modo ut hóc consilio póssiet discédi, ut istam dúcat.
DE. (*anxiously*) Etiámne id dubiumst? GE. Haúd scio hercle, ut homóst, an mutet ánimum.
775 DE. (*in alarm*) Hem, mútet autem? GE. Néscio; uerúm, si forte, díco. 10
DE. Ita fáciam, ut frater cénsuit, ut uxórem eius huc addúcam,
Cum ista út loquatur. tú, Geta, abi prae, núntia hanc uentúram. (*Exit into* CHREMES'S *house.*)
GE. (*soliloquizes*) Argéntum inuentumst Phaédriae; de iúrgio silétur;

Digitized by Google

Prouísumst, ne in praeséntia haec hinc abeat: quid nunc pórro?
15 Quid fiet? in eodém luto haesitás; uorsuram sólues, 780
Geta: praésens quod fuerát malum, in diem ábiit: plagae créscunt,
Nisi próspicis. nunc hínc domum ibo ac Phánium edocébo,
Ne quíd uereatur Phórmionem aut *hu*ius oratiónem.
(*Exit into* DEMIPHO'S *house.*)

SCENE 2.

NAUSISTRATA, in accordance with DEMIPHO'S request, undertakes to visit his son's bride, and explain matters to her. She takes occasion also to lament to her brother-in-law her husband's want of business capacity, as displayed in the mismanagement of her Lemnian estates.

[*Enter* DEMIPHO *and* NAUSISTRATA *from* CHREMES'S *house.*]

DEMIPHO — SENEX NAVSISTRATA — MVLIER

V 3 DE. Age dum, út soles, Nausístrata, fac illa út placetur nóbis,
Vt suá uoluntate íd quod est faciúndum faciat. NA. Fáciam. 785
DE. Paritér nunc opera me ádiuues, ac ré dudum opituláta es.
NA. Factúm uolo. ac pol mínus queo uiri cúlpa, quam me dígnumst.
5 DE. Quid aútem? NA. Quia pol meí patris bene párta indiligénter
Tutátur; nam ex eis praédiis talénta argenti bína
Statím capiebat: uír uiro quid praéstat! DE. Binan, quaéso? 790
NA. Ac rébus uilióribus multó talenta bína. DE. (*affecting surprise*) Hui!
NA. Quid haéc uidentur? DE. Scílicet. NA. (*angrily and loudly*) Virúm me natum uéllem:
10 Ego osténderem, DE. (*interrupting*) Certó scio. NA. quo pácto . . DE. Parce sódes,
Vt póssis cum illa, né te adulescens múlier defetíget.

Digitized by Google

795 NA. Faciam út iubes. (*Sees* CHREMES *coming out.*) sed meúm uirum abs te exíre uideo.

SCENE 3.

CHREMES, restrained by the presence of his wife from telling DEMIPHO of the discovery he has made, nevertheless hints to him that their arrangement with PHORMIO is not to be carried out. NAUSISTRATA is therefore dismissed, there being no further need of her services; whereupon CHREMES informs DEMIPHO that the marriage originally planned by them has luckily been brought about in their absence.

[*Enter* CHREMES *from* DEMIPHO'S *house.*]

NAVSISTRATA — MVLIER
CHREMES — SENES
DEMIPHO — II

CH. (*not observing his wife's presence*) Ehem, Démipho,
Iam illí datumst argéntum? DE. Curaui ílico. CH. Nollém datum.
(*in alarm, on catching sight of his wife*) Ei, uídeo uxorem: paéne plus quam sát erat. DE. Quor nollés, Chremes?
CH. (*with an air of embarrassment*) Iam récte. DE. Quid tu? ecquíd locutu's cum ístac quam ob rem hanc (*pointing to* NAUSISTRATA) dúcimus?
CH. Transégi. DE. Quid aït tándem? CH. Abduci nón potest. DE. Qui nón potest?
800 CH. Quia utérque utriquest córdi. DE. Quid istuc nóstra? CH. Magni. praéterhac 5
Cognátam comperi ésse nobis. DE. (*amazed*) Quíd? deliras. CH. Síc erit.
Non témere dico: rédii mecum in mémoriam. DE. Satin sánus es?
NA. Au, óbsecro, uide ne ín cognatam pécces. DE. Non est. CH. Né nega:

Digitized by Google

Patris nómen aliud díctumst: hoc tu errásti. DE. Non norát patrem?

10 CH. Norát. DE. Qúor aliud díxit? CH. (*angrily, to* DEMIPHO) 805
Numquamne hódie concedés mihi
Neque intélleges? DE. (*not understanding the situation*)
Si tú nil narras? CH. (*in despair*) Pérdis.
NA. Miror quíd siet.

DE. Equidem hércle nesció. CH. Vin scire? at íta me seruet Iúppiter,
Vt própior illi, quám ego sum ac tu, [homo] némost. DE. Di uostrám fidem,
Eámus ad ipsam: una ómnis nos aut scíre aut nescire hóc uolo. CH. (*sighing*) Ah!

15 DE. Quid ést? CH. Itan paruam míhi fidem esse apúd te! DE. 810
Vin me crédere?
Vin sátis quaesitum mi ístuc esse? age, fiat. quid? illa filia
Amíci nostri quíd futurumst? CH. (*with a wave of the hand*)
Récte. DE. Hanc igitur míttimus?

CH. Quid ni? DE. Ílla maneat? CH. (*nodding*) Síc. DE. Ire igitur tíbi licet, Nausístrata.

NA. Sic pól commodius ésse in omnis árbitror, quam ut coéperas,
20 Manére hanc; nam perlíberalis uísast, quom uidí, mihi. 815
(*Exit into* CHREMES'S *house.*)

DE. Quid istúc negotist? CH. (*looking carefully around*) Iámne operuit óstium? DE. Iam. CH. (*joyfully*) O Iúppiter,
Di nós respiciunt: gnátam inueni núptam cum tuo fílio. DE. (*in surprise*) Hem,
Quo pácto [id] potuit? CH. Nón satis tutus ést ad narrandum híc locus.

DE. At tu íntro abi. CH. Heus, ne fílii quidem hoc nóstri resciscánt uolo.

(*Exeunt* DEMIPHO *and* CHREMES *into* DEMIPHO'S *house.*)

Digitized by Google

Scene 4.

Antipho, in a soliloquy, expresses his joy at Phaedria's success in obtaining the money he needed, and his despair at the state of his own affairs.

[*Enter* Antipho *from Forum*, r.]

Antipho
ADVLESCENS

820 V 4 (*Soliloquizes.*) Laetús sum, ut meae res sése habent, fratri
óbtigisse quód uolt.
Quam scítumst, eius modi ín animo paráre cupiditátes,
Quas, quóm res aduorsaé sient, pauló mederi póssis!
Hic símul argentum répperit, curá sese expedíuit;
Ego núllo possum rémedio me euóluere ex his túrbis, 5
825 Quin, si hóc celetur, ín metu, sin pátefit, in probró sim.
Neque mé domum nunc réciperem, ni mi ésset spes osténta
Huiúsce habendae. (*looking around the stage*) séd ubi nam
Getam ínuenire póssim?
[Vt rogem, quod tempus conueniundi patris me capere
suadeat.]

Scene 5.

Phormio, after soliloquizing on the success of his plan to obtain money for Phaedria, begs Antipho to use his influence with Phaedria's father to secure the pardon of the young man.

[*Enter* Phormio *from Forum*, r.]

Phormio — Antipho
PARASITVS — ADVLESCENS

V 5 Ph. (*to himself, not observing* Antipho) Argéntum accepi, trádidi
lenóni: abduxi múlierem,
830 Curáui propria ut Phaédria poterétur; nam emissást manu.
Nunc úna mihi res étiam restat quae ést conficiunda, ótium

Digitized by Google

Ab sénibus ad potándum ut habeam ; nam áliquod hos sumám dies.

5 AN. (*aside*) Sed Phórmiost. (*aloud*) quid aís? PH. Quid? AN. Quid nam núnc facturust Phaédria?

Quo pácto satietátem amoris aít se uelle absúmere?

PH. Vicíssim partis tuás acturus ést. AN. Quas? PH. Vt fugitét patrem. 835

Te suás rogauit rúrsum ut ageres, caúsam ut pro se díceres ;

Nam pótaturus ést apud me. ego me íre senibus Súnium

10 Dicam ád mercatum, ancíllulam emptum dúdum quam dixít Geta :

Ne quom híc non uideant, mé conficere crédant argentúm suom. (*The door of* DEMIPHO'S *house opens.*)

Sed óstium concrépuit abs te. AN. (*retreating into background for fear of his father*) Víde quis egreditúr. PH. Getast. 840

SCENE 6.

GETA congratulates ANTIPHO on his good fortune, informing him of an interview he has overheard between CHREMES and PHANIUM, from which the latter's parentage appears. He adds that the two old men have decided to forgive ANTIPHO'S fault and recognize his marriage.

[*Enter* GETA *from* DEMIPHO'S *house.*]

GETA	ANTIPHO	PHORMIO
SERVOS	ADVLESCENS	PARASITVS

V 6 GE. (*soliloquizes, not observing the others*) Ó Fortuna, o Fórs Fortuna, quántis commoditátibus,

Quám subito meo ero Ántiphoni ope uóstra hunc onerastís diem !

AN. (*aside to* PHORMIO) Quíd nam hic sibi uolt? GE. (*continuing soliloquy*) nósque amicos eíus exonerastís metu !

Séd ego nunc mihi césso, qui non úmerum hunc onero pállio

Digitized by Google

845 Átque hominem propero inuenire, ut haéc quae contigerint sciat. (*Throws his cloak over his shoulder and starts off.*)

AN. (*aside to* PHORMIO) Núm tu intellegís, quid hic narret? PH. (*aside to* ANTIPHO) Núm tu? AN. Nil. PH. Tantúndem ego.

GE. (*to himself, as he moves off*) Ád lenonem hinc íre pergam: ibi núnc sunt. AN. (*calls after him*) Heus, Geta! GE. (*without stopping*) Ém tibi:

Núm mirum aut nouómst reuocari, cúrsum quom institerís? AN. (*calls again*) Geta!

GE. (*aside, still without stopping*) Pérgit hercle. (*aloud*) núm-quam tu odio tuó me uinces. AN. (*as before*) Nón manes?

850 GE. (*as before*) Vápula! AN. (*as before*) Id quidem tíbi iam fiet, nísi resistis, uérbero.

GE. (*as before*) Fámiliariórem oportet ésse hunc: minitatúr malum.

(*Turns and recognizes* ANTIPHO.) Séd isne est quem quaero án non? ipsust. cóngredere actutúm. (*Comes back.*) AN. Quid est?

GE. O ómnium, quantúmst qui uiuont, hómo hominum ornatissume!

Nám sine controuórsia ab dis sólus diligere, Ántipho.

855 AN. Íta uelim; sed quí istuc credam ita ésse mihi dicí uelim.

GE. Sátine est si te délibutum gaúdio reddo? AN. (*angrily*) Énicas.

PH. (*to* GETA) Quín tu hinc pollicitátiones aúfer et quod férs cedo. GE. Oh,

Tú quoque aderas, Phórmio? PH. Aderam. séd tu cessas? GE. Áccipe, em:

(*to* PHORMIO) Vt modo argentúm tibi dedimus ápud forum, rectá domum

Digitized by Google

20 Súmus profecti; (*to* ANTIPHO) intérea mittit érus me ad ux- 860
orém tuam.
AN. Quam ób rem? GE. Omitto próloqui; nam níl ad hanc rem
est, Ántipho.
Vbi in gynaeceum íre occipio, púer ad me adcurrít Mida,
Póne *p*rendit pállio, resupínat: respició, rogo
Quam ób rem retineát me: ait esse uétitum intro ad eram
accédere.
25 'Sóphrona modo frátrem huc' inquit 'sénis introduxít Chre- 865
mem';
Eúmque nunc esse íntus cum illis. hóc ubi ego audiui, ád
fores
Súspenso gradú placide ire pérrexi, accessi, ástiti,
Ánimam compressi, aúrem admoui: ita ánimum coepi atten-
dere,
Hóc modo sermónem captans. PH. Eú, Geta! GE. Hic
pulchérrimum
30 Fácinus audiui: ítaque paene hercle éxclamaui gaúdio. 870
AN. Quód? GE. Quod nam arbitráre? AN. Nescio. GE. Átqui
mirificíssumum:
Pátruos tuos est páter inuentus Phánio uxorí tuae. AN.
(*starting*) [Hem,]
Quíd aïs? GE. Cum eius consuéuit olim mátre in Lemno
clánculum.
PH. (*incredulously*) Sómnium: utine haec ígnoraret suóm patrem?
GE. Aliquid crédito,
35 Phórmio, esse caúsae. sed me cénsen potuisse ómnia 875
Íntellegere extra óstium, intus quae ínter sese ipsi égerint?
AN. Átque ego quoque inaúdiui illam fábulam. GE. Immo etiám
dabo
Quó magis credas: pátruos interea índe huc egreditúr foras:
Haúd multo post cúm patre idem récipit se intro dénuo:
40 Áït uterque tíbi potestatem éius adhibendaé dari. 880

Digitized by Google

Dénique ego sum míssus, te ut requírerem atque addúcerem.
AN. (*eagerly*) Quín ergo rape mé: quid cessas? GE. Fécero.
AN. O mi Phórmio,
Vále. PH. Vale, Antiphó. bene, ita me dí ament, factum: gaúdeo.
(*Exeunt* ANTIPHO *and* GETA *into* DEMIPHO'S *house.*)

SCENE 7.

PHORMIO soliloquizes over the good fortune of the young men, and determines to make use of his knowledge of CHREMES'S guilty secret in such a way as to prevent the old men from demanding back the money paid him; thus PHAEDRIA will be freed from the necessity of borrowing from his friends.

PHORMIO
PARASITVS

V 7 (*Soliloquizes.*) Tantám fortunam de ínprouiso esse hís datam!
885 Summa éludendi occásiost mihi núnc senes
Et Phaédriae curam ádimere argentáriam,
Ne quoíquam suorum aequálium suppléx siet.
Nam idem hóc argentum, ita út datumst, ingrátiis 5
Ei dátum erit: hoc qui cógam, re ipsa répperi.
890 Nunc géstus mihi uoltúsque est capiundús nouos.
Sed hínc concedam in ángiportum hoc próxumum,
Inde hísce ostendam me, úbi erunt egressí foras.
Quo me ádsimularam ire ád mercatum, nón eo. 10
(*Exit into alley.*)

SCENE 8.

The two old men inform PHORMIO that they have changed their minds on the subject of his marrying PHANIUM, and beg him to consider the matter at an end, and to refund the money paid him. On his refusal they threaten to go to law on the subject; whereupon PHORMIO starts off to inform NAUSISTRATA of her husband's second marriage. They endeavor to hold him back, and a struggle ensues upon the stage.

Digitized by Google

[*Enter* DEMIPHO *and* CHREMES *from* DEMIPHO'S *house.* PHORMIO *remains concealed until v. 899.*]

DEMIPHO	CHREMES	PHORMIO
SENES	II	PARASITVS

V 8 DE. Dis mágnas merito grátias habeo átque ago,
Quando éuenere haec nóbis, frater, próspere. 895
(12) CH. Estne íta ut*i* dixi líberalis? DE. Óppido.
Quantúm potest, nunc cónueniundust Phórmio,
Prius quám dilapidat nóstras trigintá minas
5 Vt aúferamus. (PHORMIO *comes out and meets them as they start to leave the stage.*) PH. (*to himself, as if not observing them*) Démiphonem sí domist
Visam, út quod . . DE. (*accosting him*) At nos ád te ibamus, 900
Phórmio.
PH. De eadem hác fortasse caúsa? DE. (*nodding*) Ita hercle.
PH. Crédidi:
Quid ád me ibatis? DE. Rídiculum! PH. (*indignantly*) An *r*ebámini
*M*e nón id facere, quód recepissém semel?
10 Heus, quánta quanta haec méa paupertas ést, tamen
Adhúc curaui unum hóc quidem, ut mi essét fides. 905
13 Idque ádeo uenio núntiatum, Démipho,
Parátum me esse: ubi uóltis, uxorém date.
15 Nam omnís posthabui míhi res, ita uti pár fuit,
Postquam íd tanto opere uós uelle animum aduórteram.
DE. At híc (*pointing to* CHREMES) dehortatus ést me, ne illam 910
tíbi darem:
'Nam quí erit rumor pópuli', inquit, 'si id féceris?
Olím quom honeste pótuit, tum non ést data:
20 Nunc uíduam extrudi túrpest'. ferme eadem ómnia,
Quae túte dudum córam me incusáueras.
PH. Satís superbe inlúditis me. DE. Quí? PH. Rogas? 915

Digitized by Google

Quia ne álteram quidem íllam potero dúcere;
Nam quó redibo ore ád eam quam contémpserim?
CH. (*aside, prompting* DEMIPHO) 'Tum autem Ántiphonem uídeo 25
ab sese amíttere
Inuítum eam' inque. DE. (*repeating*) Tum aútem uideo fílium
920 Inuítum sane múlierem ab se amíttere.
Sed tránsi sodes ád forum atque illúd mihi
Argéntum rursum iúbe rescribi, Phórmio.
PH. Quodne égo discripsi pórro illis quibus débui? 30
DE. Quid ígitur fiet? PH. Sí uis mi uxorém dare,
925 Quam déspondisti, dúcam; sin est út uelis
Manére illam apud te, dós hic (*indicating himself*) maneat,
Démipho.
Nam nón est aequom mé propter uos décipi,
Quom ego uóstri honoris caúsa repudium álterae 35
Remíserim, quae dótis tantundém dabat.
930 DE. (*angrily*) In' ín malam rem hinc cum ístac magnificéntia,
Fugitíue? etiam nunc crédis te ignorárier
Aut túa facta adeo? PH. (*in pretended anger*) Inrítor! DE.
Tune hanc dúceres,
Si tíbi daretur? PH. Fác periclum. DE. (*with a sneer*) Vt fílius 40
Cum illa hábitet apud te: hoc uóstrum consiliúm fuit.
935 PH. Quaesó quid narras? DE. Quín tu mi argentúm cedo.
PH. Immo uéro uxorem tú cedo. DE. In ius ámbula.
PH. Enim uéro si porro ésse odiosi pérgitis . .
DE. Quid fácies? PH. Egone? uós me indotatís modo 45
Patrócinari fórtasse arbitrámini:
940 Etiám dotatis sóleo. CH. Quid id nostrá? PH. (*with a careless air*) Nihil.
Hic quándam noram, quoíus uir uxorem CH. (*starting*)
Hém. DE. (*to* CHREMES) Quid est?
PH. Lemni hábuit aliam: CH. (*to himself, in despair*) Núllus
sum. PH. ex qua fíliam

Digitized by Google

50 Suscépit, et eam clam éducat. CH. (*to himself*) Sepúltus sum.
PH. Haec ádeo ego illi iám denarrabo. (*Starts towards* CHREMES'S *house.*) CH. (*holding him back*) Óbsecro,
Ne fácias. PH. (*affecting surprise*) Oh, tune ís eras? DE. 945
Vt ludós facit!
CH. (*to* PHORMIO) Missúm te facimus. PH. Fábulae! CH. Quid uís tibi?
Argéntum quod habes cóndonamus te. PH. Aúdio.
55 Quid uós malum ergo mé sic ludificámini
Inépti uostra púerili *inconstá*ntia?
Noló uolo; uolo nólo rursum; cápe cedo; 950
Quod díctum, indictumst; quód modo erat ratum, ínritumst.
CH. (*aside to* DEMIPHO) Quo pácto aut unde hic haéc resciuit?
DE. (*aside to* CHREMES) Néscio;
60 Nisi mé dixisse némini certó scio.
CH. (*aside to* DEMIPHO) Monstri, íta me di ament, símile. PH. (*to himself*) Inieci scrúpulum. DE. (*aside to* CHREMES) Hem,
Hicíne ut a nobis hóc tantum argenti aúferat 955
Tam apérte inridens? émori hercle sátius est.
Animó uirili praésentique ut sís para.
65 Vidés tuom peccátum esse elatúm foras
Neque iam íd celare pósse te uxorém tuam:
Nunc quód ipsa ex aliis aúditura sít, Chremes, 960
Id nósmet indicáre placabílius est.
Tum hunc ínpuratum póterimus nostró modo
70 Vlcísci. PH. (*to himself, in alarm*) Attat, nísi mi prospicio, haéreo.
Hi gládiatorio ánimo ad me adfectánt uiam.
CH. (*aside to* DEMIPHO) At uéreor ut placári possit. DE. (*aside* 965
to CHREMES) Bóno animo es:
Ego rédigam uos in grátiam, hoc fretús, Chremes,
Quom e médio excessit únde haec susceptást tibi.

Digitized by Google

PH. (*aloud, to the old men*) Itan ágitis mecum? sátis astute ad- 75
grédimini.
Non hércle ex re istius (*pointing to* CHREMES) me ínstigasti,
Démipho.
970 (*to* CHREMES) Ain tu? úbi quae lubitum fúerit peregre féceris
Neque huíus sis ueritus féminae primáriae,
Quin nóuo modo eï fáceres contuméliam,
Veniás nunc precibus laútum peccatúm tuom? 80
Hisce égo illam dictis íta tibi incensám dabo,
975 Vt né restinguas, lácrumis si extilláueris.
DE. (*angrily*) [Malum quod isti di deaeque omnes duint!]
Tantáne adfectum quémquam esse hominem audácia!
Non hóc publicitus scélus hinc asportárier 85
In sólas terras! CH. (*aside to* DEMIPHO) Ín id redactus súm
loci,
980 Vt quíd agam cum illo nésciam prorsum. DE. (*aside to*
CHREMES) Égo scio:
In iús eamus. PH. (*overhearing him*) Ín ius? huc, si quíd
lubet. (*Starts towards* CHREMES'S *house.*)
CH. (*to* DEMIPHO) Adséquere, retine, dúm ego huc seruos éuoco.
(*Starts towards* DEMIPHO'S *house.* DEMIPHO
tries in vain to hold PHORMIO *back.*)
DE. (*calls* CHREMES *back*) Enim néqueo solus: ádcurre. (*Both* 90
old men lay hands on PHORMIO.) PH. (*to*
DEMIPHO) Vna iniúriast
Tecúm. DE. (*to* PHORMIO) Lege agito ergo. PH. Álterast
tecúm, Chremes.
985 CH. (*to* DEMIPHO) Rape húnc. (*They drag him along.*) PH. Sic
agitis? énim uero uocést opus:
(*calls out*) Nausístrata, exi! CH. (*to* DEMIPHO, *as* PHORMIO
struggles violently) Os ópprime inpurúm: uide
Quantúm ualet. PH. (*calls again*) Nausístrata, inquam! DE.
Nón taces?

Digitized by Google

95 PH. Taceám? DE. (*to* CHREMES) Nisi sequitur, púgnos in uentrem íngere.
PH. Vel óculum exculpe: est úbi uos ulciscár probe.

SCENE 9.

NAUSISTRATA enters, summoned by the calls of PHORMIO, who proceeds to inform her, in spite of the efforts of the old men to prevent him, of her husband's second marriage. DEMIPHO craves pardon for his brother on the ground of his youthfulness at the time of committing the fault. As NAUSISTRATA is on the point of granting it, PHORMIO tells her of the money he has obtained from her husband, and given, unknown to him, to her son, to secure his marriage with his mistress. NAUSISTRATA silences her husband's objections by recalling his own faults, and decides to withhold her decision until she has seen her son. PHORMIO applauds her resolution, and is rewarded for his efforts by an invitation to dinner.

[*Enter* NAUSISTRATA *from* CHREMES'S *house.*]

NAVSISTRATA	CHREMES	DEMIPHO	PHORMIO
MVLIER	SENES	II	PARASITVS

V 9 NA. (*calls out*) Qui nóminat me? (*to* CHREMES) hem, quíd istuc turbaest, óbsecro, 990
Mi uír? PH. (*tauntingly, to* CHREMES) Ehem, quid nunc óbstipuisti? NA. (*to* CHREMES, *pointing to* PHORMIO) Quís hic homost?
Non míhi respondes? PH. Hícine ut tibi respóndeat,
Qui hercle úbi sit nescit? CH. (*to* NAUSISTRATA, *pointing to* PHORMIO) Cáue isti quicquam crédu*a*s.
5 PH. (*to* NAUSISTRATA, *pointing to* CHREMES) Abi, tánge: si non tótus friget, me énica.
CH. (*with a careless air*) Nil ést. NA. Quid ergo? quíd istic narrat? PH. Iám scies: 995
Auscúlta. CH. Pergin crédere? NA. Quid ego, óbsecro,
Huic crédam, qui nil díxit? PH. Delirát miser
Timóre. NA. (*to* CHREMES) Non pol témerest, quod tu tám times.

Digitized by Google

CH. Egon tímeo? PH. (*to* CHREMES) Recte sáne: quando níl times,
1000 Et hoc níl est quod ego díco, tu narrá. DE. (*to* PHORMIO) Scelus,
Tíbi nárret? PH. (*to* DEMIPHO) Ohe tu, fáctumst abs te sédulo
Pro frátre. NA. Mi uir, nón mihi dices? CH. Át . . NA. Quid 'at'?
CH. Non ópus est dicto. PH. (*to* CHREMES) Tíbi quidem; at scito huíc (*pointing to* NAUSISTRATA) opust.
(*to* NAUSISTRATA) In Lémno *NA.* (*starting*) Hem, quid aïs? CH. (*angrily to* PHORMIO) Nón taces? PH. (*to* NAUSISTRATA) clam te CH. (*aside*) Eí mihi!
1005 PH. (*to* NAUSISTRATA) Vxórem duxit. NA. Mí homo, di meliús duint!
PH. Sic fáctumst. NA. Perii mísera! PH. Et inde fíliam
Suscépit iam unam, dúm tu dormis. CH. (*aside to* DEMIPHO) Quíd agimus?
NA. Pro di ínmortales, fácinus miserandum ét malum!
PH. Hoc áctumst. NA. An quicquam hódiest factum indígnius?
1010 Qui mi, úbi ad uxores uéntumst, tum fiúnt senes.
Démipho, te appéllo: nam cum hoc ípso distaedét loqui:
Haécine erant itiónes crebrae et mánsiones díutinae
Lémni? haecine erat éa quae nostros mínuit fructus uílitas?
DE. Égo, Nausistrata, ésse in hac re cúlpam meritum nón nego;
1015 Séd ea quin sit ígnoscenda. PH. (*aside*) Vérba fiunt mórtuo.
DE. Nám neque neclegéntia tua néque odio id fecít tuo.
Vínolentus fére abhinc annos quíndecim muliérculam
Eám compressit, únde haec natast; néque postilla umquam áttigit.
Éa mortem obiit, é medio abiit, quí fuit in re hac scrúpulus.
1020 Quam ób rem te oro, ut ália facta túa sunt, aequo animo hóc feras.

Digitized by Google

NA. Quíd ego aequo animo? cúpio misera in hác re iam defúngier;
Séd qui id sperem? aetáte porro mínus peccaturúm putem?
Iám tum erat senéx, senectus sí uerecundós facit.
35 Án mea forma atque aétas nunc magis éxpetendast, Démipho?
Quíd mi hic adfers, quam ób rem expectem aut spérem 1025
porro nón fore?
PH. (*loudly and mockingly*) Éxsequias Chreméti quibus est cómmodum ire, em témpus est.
Síc dabo: (*defiantly*) age nunc, Phórmionem quí uolet lacéssito:
Fáxo tali sít mactatus átque hic (*pointing to* CHREMES) est infortúnio.
DE. * * * * * * *
40 PH. (*to himself*) Rédeat sane in grátiam iam: súpplici satis ést mihi.
Hábet haec eï quód, dum uiuat, úsque ad aurem obgánniat. 1030
NA. Át meo merito crédo. quid ego núnc commemorem, Démipho,
Síngulatim, quális ego in hunc fúerim? DE. Noui aeque ómnia
Técum. NA. Merito hoc meó uidetur fáctum? DE. Minume géntium.
45 Vérum iam quando áccusando fieri infectum nón potest,
Ígnosce: orat, cónfitetur, púrgat: quid uis ámplius? 1035
PH. (*to himself*) Énim uero prius quam haéc dat ueniam, míhi prospiciam et Phaédriae.
(*aloud*) Heús Nausistratá, prius quam huic respóndes temere, audí. NA. Quid est?
PH. Ego minas trigínta per falláciam ab illoc ábstuli:
50 Eás dedi tuo gnáto: is pro sua amíca lenoní dedit.
CH. (*starting*) Hém, quid ais? NA. (*to* CHREMES) Adeóne indignum hoc tíbi uidetur, fílius 1040

Digitized by Google

Hómo adulescens sí habet unam amícam, tu uxorés duas?
Níl pudere? quo óre illum obiurgábis? respondé mihi.
DE. Fáciet ut uolés. NA. Immo ut meam iám scias senténtiam,
Néque ego ignosco néque promitto quícquam neque respóndeo 55
1045 Prius quam gnatum uídero: eius iudício permitto ómnia.
Quód is iubebit fáciam. PH. Mulier sápiens es, Nausístrata.
NA. (*to* DEMIPHO) Sátin tibist? DE. *Ita.* CH. (*to himself*) Ímmo uero púlchre discedo ét probe
Ét praeter spem. NA. Tú tuom nomen díc mihi quid sit. PH. Phórmio:
Vóstrae familiae hércle amicus ét tuo summus Phaédriae. 60
1050 NA. Phórmio, at ego ecástor posthac tíbi quod potero, quód uoles
Fáciamque et dicám. PH. Benigne dícis. NA. Pol meritúmst tuom.
PH. Vín primum hodie fácere quod ego gaúdeam, Nausístrata,
Ét quod tuo uiro óculi doleant? NA. Cúpio. PH. Me ad cenám uoca.
NA. Pól uero uoco. DE. Eámus intro hinc. NA. Fiat. sed ubist Phaédria 65
1055 Iúdex noster? PH. Iam híc faxo aderit. (*Exit to Forum,* R., *to look for* PHAEDRIA. *Exeunt the others into* CHREMES'S *house.*) CANTOR. (*to the spectators*) Vós ualete et plaúdite.

Digitized by Google

TABLE OF METRES.

V. 1—152	iambic senarii;	prol.; act I sc. 1. 2
— 153—154	trochaic octonarii;	act. II sc. I (vul. I sc. 3)
— 155	trochaic septenarius;	
— 156	iambic octonarius;	
— 157	trochaic octonarius;	
— 158—159	trochaic septenarii;	
— 160—162	iambic octonarii;	
— 163	iambic quaternarius;	
— 164—176	iambic octonarii;	
— 177—178	iambic septenarii;	
— 179	trochaic octonarius;	act. II sc. 2 (vul. I sc. 4)
— 180	trochaic septenarius;	
— 181—182	iambic octonarii;	
— 183	iambic quaternarius;	
— 184	iambic octonarius;	
— 185	trochaic septenarius;	
— 186	iambic octonarius;	
— 187—188	trochaic octonarii;	
— 189—190	trochaic septenarii;	
— 191	iambic quaternarius;	
— 192—194 (with 195)	iambic octonarii *;	
— 196—215	trochaic septenarii;	
— 216—230	iambic senarii;	
— 231—232	trochaic septenarii;	act. II sc. 3 (vul. II sc. 1)
— 233—251	iambic octonarii;	
— 252—253	trochaic septenarii;	
— 254—314	iambic senarii;	
— 315—347	trochaic septenarii;	act. III sc. 1 (vul. II sc. 2)
— 348—464	iambic senarii;	act. III sc. 2. 3 (vul. II sc. 3. 4)

* Verses 194-5, here contracted into one iambic octonarius, = (vul.) trochaic octonarius + trochaic binarius catal.

Digitized by Google

V. 465—468	trochaic octonarii;	act. III sc. 4 (vul. III sc. 1)
— 469—470	trochaic septenarii;	
— 471—478	iambic octonarii;	
— 479—480	trochaic octonarii;	
— 481—482	trochaic septenarii;	
— 483	iambic octonarius;	
— 484	trochaic septenarius;	
— 485	trochaic binarius catal.;	act. III sc. 5. 6 (vul. III sc. 2. 3)
— 486	iambic octonarius;	
— 487—489	trochaic septenarii;	
— 490	iambic octonarius;	
— 491	iambic septenarius;	
— 492	iambic octonarius;	
— 493—495	trochaic septenarii;	
— 496	iambic octonarius;	
— 497—501	trochaic septenarii;	
— 502—503	iambic octonarii;	
— 504—566	trochaic septenarii;	
— 567—712	iambic senarii;	act. IV sc. 1—4
— 713—727	iambic octonarii;	act. IV sc. 5
— 728	trochaic octonarius;	act. IV sc. 6; V sc. 1. 2 (vul. V sc. 1—3 dim.)
— 729	trochaic quaternarius catal.;	
— 730—731	trochaic octonarii;	
— 732	trochaic septenarius	
— 733—734	iambic octonarii;	
— 735—738	trochaic octonarii;	
— 739—741	trochaic septenarii;	
— 742—747	iambic octonarii;	
— 748—794	iambic septenarii;	
— 795—819	iambic octonarii;	act. V sc. 3 (vul. sc. 3 dim.)
— 820—827	iambic septenarii;	act. V sc. 4
[— 828	iambic octonarius (?);]	
— 829—840	iambic octonarii;	act. V sc. 5
— 841—883	trochaic septenarii;	act. V sc. 6
— 884—1010	iambic senarii;	act. V sc. 7—9
— 1011—1055	trochaic septenarii.	

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google